Ray (9.) Th. 17A/9

STIRPIUM EUROPÆARUM EXTRA BRITANNIAS NASCENTIUM SYLLOGE.

QUAS

Partim obſervavit ipſe, partim è *Car. Cluſii* Hiſtoria, *C. Bauhini* Prod. & Cat. Baſ. *F. Columnæ* Ecphraſi, Catalogis Hollandicar. *A. Commelini*, Altorfinarum *M. Hofmanni*, Sicularum *P. Bocconi*, Monſpelienſium *P. Magnoli* Collegit

JOANNES RAIUS.

ADJICIUNTUR

Catalogi rariorum *Alpinarum* & *Pyrenaicarum*, *Baldenſium*, *Hiſpanicarum Griſleii*, *Græcarum* & *Orientalium*, *Creticarum*, *Ægyptiacarum* aliique: Ab eodem.

Martii 27. 1694.

Imprimatur.

Rob. Southwell, R. S. P.

LONDINI:

Proſtant apud *Sam. Smith* & *Benj. Walford*, Societatis Regiæ Typographos, ad Inſignia *Principis* in Cœmeterio D. *Pauli*. MDCXCIV.

10


Joannes Rajus
Societatis Regiæ Socius

GENEROSISSIMO VIRO

Amico plurimùm honorando

D. EDWARDO BULLOCK, Arm.

JOANNES RAIUS, D. D. D.

CUM Illustrissimo Parenti tuo multis nominibus obnoxius fuerim ob propensum in me animum, perpetuámque & non vulgarem benevolentiam, plurimis quibus immerentem cumulare dignatus est beneficiis testatam, tristissimo obitûs ejus nuncio accepto, justo dolori effusis habenis liberiùs indulsi, meámque in illius fato jacturam veris lachrymis deflevi. Quidni enim id facerem, Amico tanto ac tali orbatus,

cui Pudor, & Justitiæ soror
Incorrupta Fides, nudáque Veritas
Quando ullum invenient parem?

Verùm cùm Te Paternæ virtutis hæredem, omnibúsque Naturæ & Fortunæ bonis dotatum, non minùs benevolum expertus sim, magnum

indè levamen mens ægra sensit, Patrémque in Filio vel superstitem, vel redivivum, velut in speculo quodam intueri visus sum, & Amicum non tam amissum quàm mutatum agnovi. Hujus gaudii quin alios participes facerem, tuúmque Favorem & Amicitiam quanti æstimem publice testarer, mihimet temperare non potui. Opportunitatem autem id agendi circumspicienti non alia commodior occurrit quàm præsentis Operis editio; quòd Tibi eo animo nuncupatum benevolè accepte s oro, nec ob Argumenti ignobilitatem aspérneris; cùm & Magnates & ipsi etiam Principes Botanices Professores publicis stipendiis honoraverint, quin & eorum nonnulli, cùm à gravioribus curis vacaret, stirpibus contemplandis animum oblectare soliti sint; alii iis exquirendis operam dare, speciésque à se observatas nominibus suis cohonestare dignati; plantis vicissim mutuum cum fœnore reddentibus, nominibus impositis ad posteros transmissis, salutaris & humanæ Vitæ utilis inventi honore auctis: aliquos etiam earundem culturam Sceptrorum moderamini & Dignitati imperiali prætulisse legimus. Tu verò non tantùm ut libello huic patrocinari digneris orandus es, sed præcipuè ut eximium ingenii acumen, quod in Te omnes mirantur, non rude illud & incultum, sed ingenuis disciplinis elimatum & perpolitum, singularem in literis præsertim humanioribus eruditionem,

ditionem, raram in ætate juventutem vixdum egressa Prudentiam, cæterásque quibus excellis dotes, difficillimis hisce Temporibus Patriæ impendas ejúsque negotia diligenter procures, & commodis studiosè invigiles. Quo facto facilem Tibi ad immortalitatem viam sternes, verúmque honorem, hoc est, consentientem bonorum omnium laudem, præmium virtuti debitum, generosis animis naturæ instinctu tantopere expetitum promereberis. Vale.

PRÆFATIO.

POstquam plantarum aliarúmque rerum naturalium exquirendi studio maximam Angliæ partem crebris itineribus peragrâssem, Regiones etiam peregrinas invisendi cupido animum meum incessit, ut quæ ibi nova, & nostris terris incognita nascerentur investigarem: cui ut obsecundarem, itinere Anno *Æræ Christianæ* 1663. inchoato, & per triennium continuato, *Belgii*, *Germaniæ*, *Italiæ*, *Siciliæ*, *Galliæ* bonam partem obivi & perlustravi. Cujus itineris quis fructus fuerit *Catalogo Stirpium in transmarinis Regionibus* à me observatarum, quæ in *Britannia* nostra vel planè hospites sunt, vel rariùs occurrunt spontaneæ Anno 1673. edito Lectorem certiorem feci.

Hujusce Catalogi cùm exemplaria omnia jamdudum divendita sunt, cúmque animadverterem iis in locis per quæ iter feci, ob celerem transitum, & moram inibi brevissimam, plurimas species à me præteritas & invisas, quæ in Catalogis Hollandicarum *Jo. Commelini*, Altdorfinarum *Maur. Hofmanni*,

manni, Baſileenſium *C. Bauhini*, Sicularum *Pauli Bocconi*, Monſpeliacarum *Pet. Magnoli* habentur, has noſtris adjiciendas duxi, & ex omnibus unum Catalogum componendum. Verùm his non contentus ἐργοδιώκτης, & Amicus noſter in paucis charus, D. *Tancredus Robinſon* ad complendam enumerationem & recenſionem plantarum omnium, quæ intra gyrum peregrinationis noſtræ hactenus à quoquam obſervatæ & inventæ fuere, ut ſpecies illas quæ adhuc deſiderabantur è Clariſſimorum Virorum *Caroli Cluſii Hiſtoria ſtirpium rariorum*; Caſp. Bauhini *Prodromo Theat. Bot.* Fabii Columnæ *Minus cognitarum Stirpium Ecphraſi* excerperem & ſuis locis inſererem, mihi Auctor fuit. Cúmque huc uſque progreſſum eſſet, Amicus idem ut opus hoc latiùs extenderetur ad pleraſque omnes plantas præter *Indicas* & *Americanas* complectendum, privatos Stirpium rariorum *Hiſpanicarum, Luſitanicarum, Græcarum & Orientalium, Creticarum, Baldenſium, Alpinarum & Pyrenaicarum, Agri Romani & Pariſini*, Catalogos ut adjicerem ſuaſit & ſuadendo vicit.

Dices, Quis uſus eſt hujuſce operis? quid indè fructûs & emolumenti ad Lectorem redundabit? Nimirum ut ſciant, qui iiſdem in locis per quæ nos iter fecimus in poſterum plantas indagabunt, quas in qui-

busque species se inventuros expectent, & ut excitentur ad eas diligentiùs perquirendas, & ad enitendum ne qua species ab aliis observata eorum industriam effugiat. Quòd si in incognitam aliquam, nec sibi antea visam stirpem inciderint, absque difficili scrutinio & fastidiosa plurium librorum evolutione, Catalogum percurrendo, ex synonymis & locis additis facilè colligent, an ab aliis antea observata & descripta fuerit, an prætérita & omissa, fortè etiam nova & nondum edita sit: adeóque magnum temporis & operæ compendium facient, déque speciebus quas invenerint certiores reddentur à quibus Autoribus, quibúsque nominibus traditæ fuerint. Quin & exercitatioribus magisque versatis in re Botanica, non omnino inutile futurum spero ad memoriam refricandam, & ad ideas specierum fere oblitas revocandas & ad eas altiùs imprimendas, quæ aliàs vel fortè exciderent, vel diuturnitate temporis evanescerent & obliterarentur.

Catalogi stirpium rariorum *Hispanicarum*, *Lusitanicarum*, *Creticarum*, *Orientalium* in quo etiam *Græcas* complectimus, & *Ægypticarum*, eosdem usus præstabunt, iis qui in regionibus istis peregrinabuntur: quâlibet enim plantâ vel inventâ vel oblatâ, ex synonymis & locis additis an catalogis comprehensa sit, an nova & indicta probabili saltem conjectura colligent. Quam-

PRÆFATIO.

Quamvis in hiſce Catalogis Alphabetico ordine plantas diſpoſuerim, liceat tamen mihi occaſione Operis egregii à D. *Auguſto Quirino Rivino*, Phyſiologiæ in *Academia Lipſienſi* Profeſſore, *Introductionis generalis in rem herbariam* titulo, non ita pridem editi, cujus exemplaris pergrato munere me ſibi devinctum voluit Celeberrimus Auctor, de Methodo pauca præfari. *Rivini* equidem Opus vehementer laudo, ob curiosè ab Autore obſervatas & adnotatas florum differentias, ob aptam earundem ad genera conſtituenda diſtributionem, ob brevitatem cum perſpicuitate conjunctam, ob Latini Sermonis puritatem, ob iconum denique pulchritudinem & exactam cum Archetypis convenientiam. Verùm ignoſcet mihi eruditiſſimus Vir, ſi ut eſt ingenium hominum, meæ nimis diſpoſitioni indulgens, eam ut naturis Stirpium magis conſentaneam *Rivinianæ* præferendam putem. Cùm meam dico, generalem intelligo Herbarum, in eas quarum plantula ſeminalis vel binis foliis anomalis donatur, vel iiſdem caret: harum deinde in tria genera, 1. Earum quæ flore ſunt apetalo ſtamineóve. 2. Earum quæ flore ſunt petalode, ſemine nudo, hoc eſt nullo præter perianthium vaſculo incluſo aut excepto. 3. Earum quæ flore ſunt petalode, ſemine autem vaſculo aliquo præter perianthium tutato.

D. *Ri-*

D. *Rivini* methodum minùs probo, 1. Quod Diſtinctionem illam Plantarum generalem in *Arbores* & *Herbas* paſſim receptam & tot ſeculorum uſu approbatam tollat; *Introductionis* pag. 16. *Propterea*, inquit, *nec mihi religio eſt, Arbores, Fruticéſque unà cum Herbis reducere ad idem genus, ſi modò naturali conveniunt Charactere*, &c. Quamvis enim quadrimembrem illam Plantarum diviſionem in *Arbores, Frutices, Suffrutices & Herbas* rejiciam, *Fruticéſque Arboribus*, *Suffrutices Herbis* adnumerandas putem, quod nullas adhuc certas & characteriſticas notas quibus diſtinguantur hæc genera obſervaverim; Bimembrem tamen in *Arbores* & *Herbas*, quam & meipſum olim re non ſatis perpenſa reſpuiſſe fateor non poſſum non probare & amplecti, cùm inter eas detur ſufficiens diſtinctionis nota, nimirum quòd *Arbores* gemmiparæ ſunt, *Herbæ* autem minimé. *Gemmæ* dicuntur Arborum aut Fruticum fœtus novelli, ſeu tenelli ſurculi cùm futurorum foliorum inchoamentis, ſquamoſis tegumentis ceu ſecundis obvoluti, in quibus per hyemem latitant, adverſus aeris injurias ſecuri, veréque novo in lucem & conſpectum prodeunt. Arbores enim omnes aliquo ſenſu annuæ plantæ dici poſſunt, cùm unicuique nova quotannis ligni tunica ſuperinducatur, quæ vera ſequentis

quentis anni arbor eſt. Hæc enim gemmas æſtate concipit, in quibus veluti totidem uteris formantur ſurculi, tum floriferi, tum folioſi. [Flores namque, non ſecus quàm reliquæ ſurculorum partes cum ſeminum, fructuúmve rudimentis intus contentis, tribus aut quatuor menſibus, & interdum etiam dimidio anno aut ampliùs formantur, antequam in lucem edantur & explicentur.] Hos deinde Arbor quam diximus annua vere & æſtate ſequenti explicat & ad maturitatem demum perducit: quo facto reliquum vitæ ſuæ infæcundum tranſigit, una cum veteri ligno novæ tunicæ ſuſtinendæ inſerviens. Quæcunque ergo ſtirpes hoc modo nova ligni tegumenta quotannis induunt, gemmáſque concipiunt, per hyemem retinent, & ſequenti vere explicant, *Arbores* nobis dicuntur, reliquæ omnes *Herbæ*.

Dices, unanimi Botanicorum hujus ſeculi conſenſu ratum eſſe, notas plantarum characteriſticas generum diſcretivas, & ſpecierum conſtitutivas, à florum & fructuum convenientiis & differentiis ſumi debere: Hoc autem modo ſi dividas, Plantæ flore, fructu, foliis, convenientes ſub diverſis generibus diſponentur; ut v. g. *Sambucus & Ebulus : Malva arborea & herbacea*; *Pentaphylloides & Pentaphyllum*; aliæque plurimæ.

Reſpon-

Reſpondeo, me notas haſce à Flore & Fructu deſumptas ad Genera ſubalterna diſcriminanda utiles eſſe concedere: primarias autem Plantarum diviſiones, à toto earundem habitu & conſtitutione, aut inſigni aliqua proprietate potiùs deſumendas eſſe exiſtimo, unde & ligneam etiam ſubſtantiam pro Nota admitto. Nec mihi valde abſurdum aut inconveniens videtur, ſi ſub utroque genere ſummo *Arboris* & *Herbæ*, ſubalterna nonnulla cognata inveniantur, ut v. g. Malva *arboreſcens* ſub Arbore, *herbacea* ſub Herba, &c.

Quin & interdum ad genera etiam ſubalterna conſtituenda hujuſmodi notas iis præferendas exiſtimo quæ à floribus aut fructu deſumuntur: Sic *Anemonem nemoroſam*, Nemo non (ut opinor) Botanicus naturæ conſultus, ob caulem ſimplicem non ramoſum, determinatè ſeu ex una tantùm diſtinctione foliatum, unicum in ſummo florem nudum polypetalon geſtantem ad Anemonem, qua cum in his convenit, potiùs retulerit, quàm ob ſolum fructûs ſimilitudinem ad Ranunculum, quò à *C. Bauhino* aliiſque refertur.

Qui autem *Anemonem nemoroſam Ranunculi* ſpeciem faciunt, cur non & *Trifolium hepaticum Ranunculis* annumerant, cùm pari ut loquuntur modo fructificet, nec aliæ notæ repugnent?

Secun-

Secundò, Cùm Bulbosi generis Herbæ natura & constitutione adeò manifestè conveniant, ut ab omnibus tum Botanicis, tum Hortulanis pro congeneribus habeantur, non rectè, mea sententia, eas à se invicem separat & ad diversa genera refert Clariss. *Rivinus*. Bulbosæ enim nonnullæ revera & stricte loquendo hexapetalæ sunt, ut v. g. *Tulipæ*; aliæ ut *Narcissus*, monopetalæ. *Gladiolus* autem *segetum* secundùm ejus methodum duplici nomine ab aliis Bulbosis separandus est, tum quòd flore sit monopetalo, tum quòd eodem irregulari.

Nec in *bulbosis* tantùm, sed & in aliis generibus cognatas herbas distrahit. Sic in *Asperifoliarum* genere *Echium*, quamvis aliis omnibus notis, ut foliis asperis per margines æqualibus, florum spicis antequam aperiantur reflexis & revolutis, seminibus ad singulos flores quaternis, cor in summo (ut *Cæsalpinus* loquitur) habentibus, conveniant, ob figuram tamen floris irregularem à reliquis disjungit. *Tormentillam* quoque ob florem tetrapetalum à *Pentaphyllis* separare debet; & in Alsines genere tetrapetalas nonnullas à pentapetalis: nec video sanè quomodo *Gentianellam* flore tetrapetaloide, reliquis Gentianellis, quæ omnes flore sunt in quinque lacinias diviso, congenerem facere possit. Cur autem *Scu-*

tellariam

tellariam à reliquis verticillatis ſeparet idoneam me judice rationem non habet: ſiquidem notis omnibus cum iis convenit, foliis in caule ex adverſo binis, floribus galeatis, ſeminibus ad ſingulos flores quaternis, nullo præter perianthium vaſculo incluſis; quamvis enim perianthium operculatum ſit, operculi tamen labia cum perianthii marginibus non coaleſcunt, ſed connivent tantùm.

His tamen, aliiſque quæ contra eam objici poſſint, non obſtantibus, Methodum *Rivinianam* alterâ illâ quæ Plantas *enangioſpermas* à Conceptaculi ſeminalis partibus, aut numero cellularum in quas dividitur, in *Unicapſulares*, *Bicapſulares*, *Quadricapſulares*, *Quinquecapſulares*, &c. diſtinguit, potiorem judico. Ponamus enim *Herbas tricapſulares* diſtinctum genus eſſe, & vaſculum habere in terna loculamenta diviſum, notam eſſe eſſentialem & characteriſticam hujus generis. Hinc ſequetur, multas Plantarum ſpecies, quæ ab omnibus Botanicis genere proximo convenire creduntur, genere etiam ſuperiore differre; ut v.g. Aſcyroides *Alpini* & Hypericon montis Olympi *Wheeleri* toto genere diſtabunt à reliquis Hyperici ſpeciebus,quod ſcil.quinquecapſulares ſint, cùm reliquis notis cum eiſdem conveniant. Idem dicendum de *Goſ-*

ſipio, cujus pleræque ſpecies tricapſulares ſunt, nonnullæ quinquecapſulares. Idem de *Ciſto*, quo in genere ſi *Chamæciſtum* complectaris, dantur & tricapſulares & quinquecapſulares & octocapſulares. *Papaver* autem hoc reſpectu mira varietate ludit. Nonnullæ enim ſpecies pro capſula ſiliquam habent, eámque vel ſimplicem ſeu indiviſam, vel in bina, terna aut quaterna loculamenta diſpertitam. Papaveris autem capitati tam hortenſis quàm ſylveſtris capitulum in plurimas cellulas dividitur, incerto numero, uſque ad duodecim aut interdum quindecim, prout planta vegetior eſt aut languidior. Operculi autem ſtellati radii indicant numerum cellularum in quas Capitulum dividitur.

Deinde, in iis quæ ejuſdem manifeſtè generis ſunt vaſcula ſeminalia toto, quod aiunt, cœlo differunt, nec ullo charactere aut nota generali conveniunt.

Sic in *Leguminoſis*, ſeu flore Papilionaceo donatis, quæ Botanicorum omnium conſenſu congeneres ſunt, notámq; inſignem generis indicem præferunt, *florem* nimirum *papilionaceum*, vaſcula ſeminalia diverſiſſima ſunt, nec ulla communi nota ſeu teſſera generica concordant. In aliis enim floribus ſingulis ſingulæ ſuccedunt ſiliquæ, in aliis geminæ: Aliis ſiliquæ monoſpermæ ſunt,

aliis

aliis dispermæ, aliis polyspermæ: plerisque bivalves sunt, aliis simplices nec in valvas divisæ, ut alias differentias omittam.

Pariter, in *Tetrapetalis, perianthiis quadrifoliis deciduis*, quæ in eo omnes conveniunt quòd in caulis & ramorum summitatibus flores plures gestant successivè se aperientes alios supra alios, nullis ad pediculorum exortum foliolis appositis; nulla è vasculis seminalibus nota generica sumi potest. Aliæ enim siliquam productiorem eámque vel membranâ intergerinâ in duo loculamenta divisam, vel fungosam nec ulla ejusmodi membrana disseptam pro vasculo habent; Aliæ capsulam breviorem, eámque vel indivisam & monospermam, vel divisam dispermam & polyspermam.

Tandem, In genere earum quæ flore sunt composito Herbas flore planifolio naturâ pleno, lactescentes; tam papposas, quàm non papposas, seu ut *Rivinus* loquitur, flore ex flosculis irregularibus tantum composito, ob convenientiam in floribus, foliis & facie externa, necnon succo lacteo, temperamento & viribus, nos rectiùs, puto, ad unum & idem genus retulimus, quàm alii ob differentiam seminum solius Pappi respectu ad diversa distrahunt.

Cùm primam nostram Herbarum in tria summa genera divisionem, initio *Methodi*

plantarum novæ exhibitam, quorum *primum* (ut jam diximus) eas continet quæ florem habent vel nullum, vel ἀπέταλον ſtamineúmve; *ſecundum* eas quæ florem quidem habent πεταλώδη ſeu bracteatum, ſemina autem nullo præter perianthium vaſculo contecta: *tertium* eas quæ & florem habent πεταλώδη, & vaſculum ſeminibus continendis à natura conceſſum, præ poſteriore illa à plantula ſeminali petitâ pleriſque Botanicis arridere videam; dicam breviter quæ me rationes impulerint ut hanc illi ſubſtituerem. Cùm animadverterem herbas bulboſas iiſq; affines cum Graminibus & cognatis in multis convenire, ut v. g. Foliorum texturâ internâ, externâque figurâ, ut quæ plerunq; abſque pediculis in longum producta eſſent, fibríſque conſtarent rectis, non ramoſis, per longitudinem extenſis, marginéſq; haberent æquales h. e. nec laciniatos neque crenatos alióve modo inciſos: deinde caulibus plerunque ſimplicibus ſeu non ramoſis: tandem plantula ſeminali vel binis foliis lobíſve donata, quæ plurimùm foliorum, ſeminalium hortulanis noſtris dictorum, ſpecie ſupra terram efferuntur, interdum intra eam latitant, ut in Piſis aliíſque leguminibus; vel lobis hujuſmodi carente, & vel unico vel pluribus foliis ſuccedentibus ſimilibus emergente. Cùm, inquam, hæc animadverterem, has & genere

genere inter se convenire, & ab aliis herbis differre agnovi, proinde & unà tradendas & ab aliis separandas censui. Qua in sententia magnopere confirmabar autoritate & exemplo Celeberrimorum Botanicorum *Matthiæ Lobelii* & *utriusque Bauhini*, qui & convenientiam hanc animadverterunt & tanti fecerunt, ut ejus intuitu in Historiis suis proximum post Gramina Bulbosis & congeneribus locum dederint, quantumvis præcipuam convenientiæ notam vel nescivisse, vel neglexisse videantur.

Fatendum tamen est, Præter Gramina, Bulbosas, iisque affines, alias etiam Herbas dari quæ plantulam seminalem bifoliam non habent, sed foliis succedentibus similibus è terra exeunt, ut è nobis observatis *Cyclamen, Pæoniam, Asparagum, Pseudo-phalangium Americanum flore dipetalo*; nec dubito quin plures adhuc nobis inobservatæ superiint. Ex his quæ foliis sunt nervosis, *Pseudo-phalangium*, &c. ad hoc genus propriè pertinent; reliquæ, quæ non admodum multæ sunt, pro Anomalis haberi possunt.

Herbæ hujus generis floriferæ h. e. quæ florem perfectum πεταλώδη proferunt, insigni nota inter se conveniunt & ab aliis differunt; quòd nimirum tricapsulares sint, seu conceptaculum seminale in terna loculamenta divisum obtineant. Has in *Methodo & Historia*

Historia noſtra radicum reſpectu in Bulboſas & Bulboſis affines diſtinxi. Receptis enim Diviſionibus adhærere, & Methodum noſtram quantum potui accommodare ſtudui ; ideóque celebre illud & ab omnibus agnitum *Bulboſarum* genus retinendum duxi. Alias enim, nè Irides bulboſas à tuberoſis aut fibroſis dirimerem ſatius fuiſſet à florum diverſitate hujus generis differentias ſumpſiſſe,

Reliquum Herbarum agmen in tres turmas ſeu tria genera prædicta notis claris & manifeſtis à ſe invicem diſtincta, velut natura ipſa monſtrante diviſi. Quæri tamen à nonnullis fortaſſe poteſt, quomodo Flos imperfectus ſeu ſtamineus qui perianthio & ſtaminibus conſtat, à perfecto ſeu petalode certò poſſit dignoſci. Reſpondeo, In iis plantis quæ utramque partem, nimirum petala & perianthium obtinent, res eſt manifeſta. Perianthium enim à petalis, quamvis in nonnullis, ut Ranunculo, Rapiſtro, &c. ejuſdem coloris ſit, & unà etiam decidat, figurâ tamen, ſitu & uſu facilè diſtinguitur: In aliis quæ altera harum partium carent florem petalodem voco qui vel defluit, vel marceſcit antequam ſemen matureſcit. Hinc *Plantaginis* flores, de quibus aliquandiu hæſi, pro perfectis habendas cenſeo, quòd ante maturitatem ſeminis contrahantur & exareſ-

cant :

cant; *Bistortæ* è contra, *Potamogitonis angustifoliæ* dictæ, *Frumenti Saracenici*, &c. flores quamvis colore petalodes simulant, quia tamen ad seminis usque maturitatem incorrupti durant, eique continendo vasculi usum præstant, imperfectis & apetalis annumerandas.

Cùm autem staminum mentio in Methodo nostra toties incidat, ostendam breviter stamina unà cum apicibus sumpta superfluam & otiosam partem non esse, sed inprimis utilem & necessariam. Primò, enim, Ratum apud me est Axioma illud, *Deus & Natura*, ordinaria Dei ministra, *nihil faciunt frustra*. 2. Quamvis aliqui, imò plurimi flores foliis illis fugacibus coloratis, quæ nos petala dicimus, carent, Apices tamen plerisque omnibus perfectioribus donantur. 3. In plantis sexu distinctis, iisque quibus flores à fructibus remoti sunt, Juli & flores fructum antevertunt, primo vere, aut saltem prima plantæ germinatione exeuntes, brevi maturescentes & pollinem suam effundentes. 4. Apices intus concavi sunt, & globulorum congeriem continent, quos per maturitatem dehiscentes effundunt. 5. In plantis nonnullis sexu distinctis, v. g. Palma dactylifera fœmina non fructificat nisi mas juxta consitus fuerit: quin & pulverem maris fœminæ aspersum eam fœcundiorem reddere tradunt. Ni

enim

enim Ægyptii hoc fecerint (inquit *Prosper Alpinus*) ſine dubio fæminæ vel nullos fructus ferent, vel quos ferunt non retinebunt, neque hi matureſcent. Nonnullas interim tum arbores, tum herbas, fructum proferre, & ad maturitatem retinere abſque mare aut maſculo ſemine aſperſo non negaverim. Nam & in Avibus, quamvis pleræque abſq; maris conſortio ova nunquam pariant, aliquæ tamen v. g. *Gallinæ* abſque coitu non rarò id faciunt, quamvis ova ſubventanea & infæcunda ſint. Hinc ego illis aſſentiri non poſſum, qui Julos & nucamenta Avellanarum & Juglandium flores non eſſe contendunt, quoniam ſc. ipſis nucibus aliquid flori ſimile innaſcitur. Nam effloreſcentias illas flores genuinos eſſe nego, nucamenta affirmo, cum illæ apicibus careant, hæc iis donentur. Apices enim, ut diximus, floris præcipua pars ſunt, cùm pollinem contineant noſtrâ ſententiâ ſpermati Animalium maſculo analogum, vi prolifica dotatum, & ſeminibus fœcundandis inſervientem. Quæres fortaſſe. Quid ergo faciunt ſpurii illi flores ſeu florum imitamenta? cui uſui inſerviunt? Reſpondeo vel ad ornatum, vel fortè ad pollinem prolificum excipiendum, ejúſque vim ad ſemen derivandum.

Cæterùm nullam opinor excogitari poſſe Methodum, quæ non aliquas, nè dicam multas,

tas, anomalias & exceptiones admittat: Methodum intelligo Naturæ convenientem, quæ nec alienas ſpecies conjungit, nec cognatas ſeparat. Aliàs enim ſi vel florum tantùm, vel ſeminum & vaſculorum ſeminalium convenientias & differentias reſpiciamus, diviſionem inſtitui poſſe concedo, cujus membra omnia abſque medio contraria ſint, ità etiam ut nulla omnino detur ſpecies quæ ſub eorum aliquo non contineatur.

Cùm Plantarum in *gymnoſpermas* & *enangioſpermas* diviſio antiqua admodum ſit, & ipſi etiam *Theophraſto* uſurpata, cúmque nos ad Herbarum ſumma genera conſtituenda eâ uſi ſimus, quæret fortaſſe aliquis, quænam ſemina nuda cenſenda ſunt, quibuſque notis à vaſculis incluſis diſcerni poſſunt. Cui ut aliqua in parte ſatisfaciam, dico Primò, Vaſculorum ſeminalium nomine intelligenda eſſe Conceptacula à Perianthiis diſtincta: unde Herbas eas quarum ſemina perianthiis tantùm, quantumvis arctè clauſis, continentur pro Gymnoſpermis habendas cenſeo.

Secundò, Me pro vaſculo ſeminali habere quodcunq; (præter perianthium) plura ſemina continet, proinde *enangioſpermas* eſſe herbas quæ ejuſmodi vaſculum à perianthio diſtinctum obtinent. Hinc *Bardanæ minoris* echinos, ut & *Agrimoniæ* & *Circææ*, pro vaſculis ſeminalibus habeo, quòd bina intus ſemina contineant.

C Tertiò,

Tertiò, Quodcunque per maturitatem aperitur, & ſemen effundit aut exponit, quamvis unicum tantùm cluſerit, vaſculum ſeminale cenſendum eſſe.

Quartò, Me pro ſeminibus nudis habere quæcunque per maturitatem ſingulatim à matribus ſuis ſponte ſeparantur & abſcedunt. Conceptacula enim ſeminum in Plantis, Animalium uteris maximam partem reſpondent; Semina ipſa fœtibus ſecundis incluſis. Sicut ergo uteri Animalium non excidunt, ſed fœtus tantùm unà cum tegumentis ſeu involucris: Sic in Plantis quicquid excidit ſemen eſt, quod adhuc plantæ adhæret vaſculum ſeminale. Hinc Malvarum ſemina unà cum cortice quamvis laxè adhærente, quia à matribus hoc modo decidunt, pro nudis habeo. Excipiendæ hîc ſunt Pomiferæ & Bacciferæ in quibus uteri non aperiuntur aut ſemen effundunt, ſed eo adhuc prægnantes à plantis ſeparantur: item Bardana, Agrimonia, Circæa & ſiquæ ſunt ſimiles.

Siquis objiciat, in Siliculoſis monoſpermis nonnullis conceptacula non aperiri, ſed unà cùm ſeminibus incluſis à matribus ſeparari, nec tamen propterea ſemina nuda cenſenda eſſe. Reſpondeo, In his, quantum hactenus obſervaverim, conceptacula ſeminibus fœta à plantis non abſcedunt, ſed iis pertinaciter ad ſiccitatem uſque adhæreſcunt. Deinde

inde quamvis in his ſemina è conceptaculis non excidunt, quia tamen manifeſtè congeneres ſunt ſtirpibus iis quarum ſemina è ſiliquis excluduntur, conceptacula à ſeminibus diſtinguenda ſunt, quodque intus continetur pro ſemine nudo accipiendum eſt, quod continet & includit pro vaſculo, quamvis nunquam ſponte aperiatur: quanquam ego omnium hujus generis vaſcula tandem aperiri & ſemen exponere puto. Verum de Methodo, Deo vitam prorogante, viréſque & valetudinem largiente, in poſterum plura.

Nè cui autem injurius ſim, ſupereſt agnoſcam, me à *Roberto Moriſono*, quem ſecurè nimis ſecutus ſum, hallucinatum, Celeberrimum Virum *Caſp. Bauhinum* erroris falsò inſimulâſſe, quaſi eandem plantam repeteret & bis poneret ſub diverſis generibus, quòd Campanulam luteam linifoliam *Ger. ico.* pro Synonymo Rapunculi nemoroſi anguſtifolii parvo flore, ſeu tertio *Tab.* habuerit. Poſtea enim animadverti, *Gerardum* ſive per oſcitantiam, ſive per inſcitiam, Campanulæ luteæ linifoliæ iconem ſub titulo Rapunculi tertii *Tab.* revera poſuiſſe, quod & ab emaculatore ejus *Thoma Johnſono* animadverſum, & in ſua *Gerardi* Hiſtoriæ editione emendatum.

Explicatio Nominum abbreviatorum.

AD. & *Ad. Lob.* Adverſaria Penæ & Lobelii.
Bot. Monſp. Botanicum Monſpelienſe Petri Magnol.
C. B. Caſpari Bauhini pinax Theatri Botanici.
C. B. prod. Caſp. Bauhini Prodromus Theatri Botanici.
Cam. Camerarius.
Cæſ. Andreæ Cæſalpini hiſtoria.
Cat. Altd. Catalogus plantarum circa Altdorfium naſcentium à Mauritio Hofmanno editus.
Cat. Ang. Catalogus plantarum Angliæ, &c. à nobis editus.
Cat. Baſ. Caſp. Bauhini Catalogus ſtirpium circa Baſileam naſcentium.
Cat. Hol. Joan, Commelini ſtirpium Hollandicarum Catalogus.
Cat. Rom. Catalogus plantarum Romani agri Rogeri.
Cat. Sic. Catalogus Sicularum rariorum in Epiſtolis Pauli Boccone.
Cluſ. & *Cluſ. hiſt.* Caroli Cluſii Hiſtoria ſtirpium rariorum.
Col. Fab. Columnæ Ecphraſis ſtirpium minùs cognitarum.
Dod. Remberti Dodonæi Pemptades.
Fuch. Leonardus Fuchſius.
Ger. & *Ger. emac.* Joannis Gerardi Hiſtoria plantarum emaculata à Thoma Johnſono.
Geſn. Conradus Geſnerus.
Hort. Pat. Hortus medicus Patavinus à Turre.
Hort. Lugd. Bat. ſeu *Leyd.* Hortus Lugduno-batavus ſeu Leydenſis à Paulo Hermanno editus.
J. B. Joannis Bauhini Caſpari fratris Hiſtoria plantarum in tres tomos diviſa.
Lob. & *Lob. Ob.* Lobelii Plantarum obſervationes. *Lob. ico.* Ejuſdem icones ſtirpium à Plantino editæ.
Lugd. Hiſtoria Plantarum Lugdunenſis.

Matth.

Matth. P. Andreæ Matthioli Commentarii in Dioſcoridem.
Park. Joannis Parkinſoni Theatrum Botanicum. *Park. parad.* Ejuſdem Paradiſus terreſtris ſeu Hortus.
Tab. Jac. Theodori Tabernamontani Hiſtoria.
Thal. Thalius in Harcinia.
Trag. Hieronymi Tragi Hiſtoria.
Zan. & *Zanoni*. Jacobi Zanoni Hiſtoria Botanica.

Quid ſignificent Literæ nominibus nonnullis præfixæ.

A. CAtalogum Altdorfinarum ſtirpium Maur. Hofmanni.
B. Caſp. Bauhini Prodromum vel Catalogum Baſileenſem.
C. Caroli Cluſii hiſtoriam ſtirpium rariorum.
Col. Fab. Columnæ Ecphraſin.
H. Catalogum ſtirpium Hollandicarum Jo. Commelini.
J. B. Joannis Bauhini Hiſtoriam.
M. Petri Magnoli Monſpelienſe Botanicum.
S. Sicularum rariorum Deſcriptiones Paul. Boccone.
T. Joannis Baptiſtæ Triumfetti.
Z. Jacobi Zanoni Hiſtoriam Botanicam.

Elenchus

Elenchus Catalogorum hoc volumine comprehensorum.

Catalogus

Catalogus stirpium Europæarum extra Britannias nascentium in Regionibus per quas iter fecit Joannes Raius.

ABies *Ger. Park.* fæmina sive Ἐλάτη θήλεια *J. B.* Abies Plinii, & fæmina Theophrasti *Clus.* alba sive fæmina *C. B.* Taxi foliis hortulanis nostris. The Female or Yew leaved Fir-Tree. Materia huic arbori candida: Folia in extremitate bifida, supernè viridia, subtus cinerea, utrinque in ramulis Taxicorum modo disposita: Coni seu strobili sursum spectantes, quorum nucamenta effert mense Maio. In Sueviæ & Bavariæ sylvis, ínque Alpibus copiosè provenit.

Speciem quandam Abietis, foliis Taxicorum modo dispositis, utrinque viridibus, in viridariis Batavicis, enutriri nos certiores fecit D. *Tancredus Robinson*, ramulo secum indè allato, & Amicis Londini ostenso. Hæc fortasse species est quam Clariss. Vir *Paulus Hermannus* pro Abiete mari conis sursum spectantibus *C. B.* habet in Catal. *Hort. Lugd. Bat.* Nobis, ut verum fateamur, an detur Abies aliqua mas conis sursum spectantibus, à fæmina Theophrasti distincta h. e. foliis acutis & pungentibus, nondum satisfactum est. Notæ enim illæ, quòd coni sursum spectent, quòdque folia Taxicorum modo dispósita sint, cùm Abieti fæminæ vulgari conveniant, ad distinctionem non sufficiunt. Præterea, *Du Choul* in descr. montis Pilati, Abietum quas Sapinos vocant folia pungentia dici non posse; sed apice modicè incisa scribit. Proinde Abies *du Choul* mas Theophrasti esse non potest: quam maris suæ synonymam facit C. B. *Bellonii* librum

librum de coniferis non habeo, verùm icon Abietis maris quam ex eo desumptam posuerunt *Dodonæus* & *Gerardus* quamvis folia quidem acuta repræsentat, Bellonius tamen se nunquam in Abiete folia pungentia (qualia *Plinius* atque etiam *Theophrastus* Abieti mari attribuunt) deprehendisse scribit. Proinde nec Bellonii Abies, si modò recta descripta sit, Theophrasti mas erit.

† Abies mas *Theophrasti*. Picea Latinorum sive Abies mas Theophrasti *J. B.* Picea *Park.* major *Ger.* major prima sive Abies rubra *C. B.* **The common Fir-Tree, or Pitch-Tree.** Cum priore sed copiosiùs multò.

Col. Abrotanum vulgare *J. B.* mas *Ger.* mas vulgare *Park.* mas angustifolium majus *C. B.* **Common Sothernwood.** Fabius Columna hanc speciem in Æquicolorum montibus sponte & copiosè fruticare scribit; verum humilem tenuísque sarmenti, bipedalem ad summum. Eandem in hortis Campoclarensium cultam hominis ferè proceritatem adæquantem vidit, crasso rectóque caule fruticosiore.

Abrotanum fœmina villosis & incanis foliis *C. B.* Seriphium Dioscoridis Abrotani fœminæ facie *Ad. Lob.* **Hoary Mountain Lavender-Cotton.** In Gallo-provincia montis celsi *D. Magdalenæ* cryptâ celebris acclivibus, quà *S. Maximini* oppidum spectat, *Lobelio* & nobis etiam observatum. Abrotano fœminæ vulgari simillima est, nisi quòd odoratior, candidior magisque tomentosa, tota minor, sapore non adeò ingrato aut vehementi.

Abrotanum fœmina vulgare *Park.* Fœmina foliis teretibus *C. B.* Chamæcyparissus *J. B. Ger.* **Common Lavender-Cotton.** Circa oppidum *S. Cyriaci* [*San Quiricho*] in Etruria, atque inde incipiendo ad Statum usque Ecclesiasticum seu territorium Papæ, secus viam quæ *Romam* ducit, copiosè.

Abrotanum fœmina foliis minùs incanis *C. B.* 2. *Clus.* à quo, sententiâ nostrâ, non differt specie Abrotanum fœmina foliis Ericæ *C. B. Park.* Chamæcyparissus unguentaria *J. B.* Nostra siquidem planta unguentum redolet, & Londino olim ad nos *Abrotani unguentarii* nomi-

nomine missa est; à præcedente autem differt foliis viridioribus, ramis minùs frequentibus, candicantibus tamen, & odore mitiore. Greener-leaved-Lavender-Cotton, smelling like Ointment. In collibus saxosis circa molendina Nemausi.

B. Abrotanum campestre incanum Carlinæ odore *C. B. prod.* In Austria ad Lintzium urbem.

Absinthium arborescens *Lob. Park.* arborescens Lobelii *J.B.* Abrotanum fœmina arborescens *Ger.* Abrotanum latifolium arborescens *C. B.* Italis & Siculis *Herba bianca.* Tree-Wormwood. In Sicilia, Regno Neapolitano, & Insularum adjacentium rupibus maritimis.

Absinthium Ponticum & Romanum quibusdam *J. B.* Fortè Absinthium Ponticum Creticum grati odoris *C. B.* Roman-Wormwood. Ait Cæsalpinus in collibus argillosis agro Senensi frequens esse Absinthii genus, brevius multò ac tenuius vulgari, paucioribus ramis ac seminibus, odoris ac saporis minùs ingrati; cujusmodi & nos ibidem observavimus cùm Florentiâ Romam iter faceremus.

Col. Absinthium montanum Abrotoni fœminæ flore *Col. mont.* Chamæmeli flore magno *C. B.* In monte D. Mariæ Virginis appellato, non procul Neapoli.

Absinthium Alpinum rarius Artemisiæ folio *Col.* C. Bauhinus dubitat annon sit Absinthii maritimi Lavendulæ folio varietas.

B. Absinthium Ponticum repens seu supinum *C. B.* Absinthii Species quibusdam, Chamæmelum chrysanthemum Fuchsii *J. B.* In quibusdam frigidis Helvetiorum montibus *Dod.*

B. Absinthium Alpinum incanum *C. B. prod.* In Vallesianorum Alpibus, ut in petris supra *Gemme.* In paucis differt ab Absinthio albo Vallesiano.

B. Absinthium Alpinum candidum humile *C. B. prod.* In *Gletzberg* Helvetiorum monte non longè ab Augusta valle.

Absinthium Seriphium Narbonense *Park.* Seriph. tenuifolium maritimum Narbon. *J. B.* Seriph. Gallicum *C. B.* French Sea-Wormwood. Prope portum Li-

burnum in Italia, atque etiam Monſpelium in Gallia Narbonenſi, & alibi ad Maris Mediterranei litus frequens. Folia huic latiora ſunt minúſque incana quàm Abſinthio maritimo Anglico.

M. Abſinthium Santonicum Gallicum *C. B.* Santonicum vulgare *Lob.* In noſtro litore frequens eſt, cum Seriphio Gallico permixtum, à quo facilè diſtinguitur, ex eo quòd folia longiora, latiora, & minùs diſſecta habeat. *Bot. Monſp. Append.*

C. Abſinthium Alpinum umbelliferum *Cluſ. hiſt.* album *Ger. Lob. ico.* Alpinum umbelliferum latifolium *C. B.* Album ſeu umbelliferum *Park.* Albis floribus, capitulis ſquarroſis *J. B.* White tufted Wormwood. Nuſquam niſi in Auſtriæ Stiriæque celſiſſimis jugis à Cluſio obſervatum, ut v. g. in Etſcherberg & Durrenſtain copiosè. Hanc plantam in Catalogo Helveticarum Wagneri invenio.

† Abſinthium Ponticum ſive Romanum vulgare *Park.* Tenuifolium Ponticum Galeni *Ger.* Ponticum vulgare folio inferiùs albo *J. B.* Ponticum tenuifolium incanum *C. B.* Roman or Cypress Wormwood. Duplex habetur, 1. Folio utrinque incano: 2. Fol. ſupina parte vividiore. Multis Pannoniæ & Auſtriæ locis oritur, inque Viennenſi agro cùm in ſalebroſis, tum in ſaxoſis gramineíſque deſertis agris: in terra reptando radicibus latè ſe diffundit.

Abſinthium tenuifolium Auſtriacum *Ger. Park.* Auſtriacum tenuifolium *J. B.* Ponticum tenuifolium Auſtriacum *C. B.* Fine-leaved-Wormwood of Austria. Ad vias non longè à Vienna Auſtriæ, quà ad Neapolin Auſtriacam itur.

Acanthium Illyricum *Park. Ad.* Illyricum purpureum *Ger.* Carduus quibuſdam dictus Acanthium Illyricum, aliis verò Onopordon *J. B.* Spina tomentoſa altera ſpinoſior *C. B.* Cotton-Thistle of Illyricum. In Italia, Sicilia & Gallia Narbonenſi frequens. J. Bauhinus aliíque Botanici inſignem altitudinem ſex ſeptémve cubitorum huic plantæ attribuunt; nos, ut verum fateamur, tam procerum nunquam vidimus.

Acanthus ſativus *Lob. Ger. Park.* Sativus vel mollis Virgilii *C. B.* Carduus Acanthus, ſive Branca urſina *J. B.* Brank Urſine or Bears-breech. In Italiæ Meridionalibus circa Baias & Neapolin, inque Sicilia copioſé: In Amphitheatro Titi. *Cat. Rom.*

Acarna flore purpuro-rubente patulo *C. B. Park.* Acanthoides parva Apula *Col.* Carlina annua purpurea Monſpelienſium, ſive Carlina *Richeri Botan. Monſp.* Purple-flower'd ſmall Carline-Thiſtle. In Sicilia propè Meſſanam, Italia propè Florentiam, & Gallia Narbonenſi propè Monſpelium, in arenoſis; æſtate floret. Foliis Acanthii vulgaris, ſed multis numeris minoribus, floribúſque purpureis ab aliis ſui generis diſtinguitur.

Acarna major caule folioſo *C. B. Park.* Acarnæ ſimilis flore purpureo, Chamæleon Salmanticenſis Cluſio *J. B.* Chamæleon niger Salmanticenſis Cluſii *Botan. Monſp.* Dwarf-Chameleon-Thiſtle of Salamanca. Propè montem *S. Lupi*, non longè ab oppidulo S. *Lupian* dicto, itémque juxta vias, non longè ab oppidulo *Vic*, in valle Frontignana.

Acarna ſive Acorna altera Apula *Col. Park.* Acarna capitulis parvis luteis in umbella *C. B.* Circa Cirinolam Apuliæ oppidum in agrorum marginibus. An Carlina ſylveſtris multicaulis flore flavo, radice perenni noſtra, de qua infra?

Acarna Theophraſti ſive Acorna Plinii *Col.* In Campoclarenſium & Æquicolorum collibus, ſecus vias & in incultis.

Acer acutioribus foliis *Geſn. hort.* Aceris montani varietas *J. B.* An Acer montanum tenuiſſimis & acutis foliis *C. B?* Mountain Maple with ſharper pointed leaves. In montibus Stiriæ, & in Alpibus Sabaudicis propè Genevam.

Acer majus folio rotundiore, minùs laciniato, ſegmentis obtuſioribus. Round-leaved-Elm. Obſervavimus primò in Etruriæ ſylvis non longè à *Viterbo*, poſtea etiam in montibus Genevæ vicinis. Hujus fructum non vidimus, proinde an genuina Aceris ſpecies ſit nondum certo ſcimus; ſed ob folii ſimilitudinem Acer eſſe conjectamur.

Acer trifolium *C. B.* Creticum trifolium *Park.* Monspessulanum *Lugd. J. B.* In sylva Valena propè montem Lupi, item in collibus juxta *Castleneuf* pagum Monspelio vicinum. Invenimus primò propè Gratianopolin in rupibus juxta pontem quem transivimus eundo *à la fontaine que brusle.* Three-leaved Maple, or Maple with a tripartite leaf.

Acetosa montana maxima *C. B.* Max. Germanica *Park.* Oxalis maxima sylvatica *J. B.* Great Mountain-Sorrel. In monte *Thuiri* propè Genevam. Ab Acetosa maxima Hispanica, seu hortensi majore differt.

M. Acetosa rotundifolia hortensis *C. B.* Oxalis Franca seu Romana *Ger.* Sativa Franca seu Romana rotundifolia *Park.* folio rotundiore repens *J. B.* Roman or French Sorrel, or round-leav'd Sorrel. In summitate montis *Lupi*, in ipsis rupium fissuris nascitur prope sacellum.

B. Acetosa rotundifolia Alpina *C. B.* In muris Nosodochii, quod in monte majore Bernhardi Helvetiorum est, provenit.

C. Acetosa montana geniculis nodosis *C. B.* Montana maxima *Park.* Oxalis folio amplissimo, geniculis tuberosis *J. B.* In jugo *Wechsel* observavit Clusius.

Acetosa Ocimi facie Neapolitana *C. B.* Neapolitana Ocimi folio *Park.* Ocimi facie Neapolitana βουκεφαληφόρα *Col.* Ocimifolia palustris polyspermos nostra *Cat. Altdorf.* Sheeps-Sorrel with Basil-leaves, and prickly Seed-Vessels. In Sicilia & Regno Neapolitano in vineis & arenosis frequentissima. Quin & in Germania invenitur circa Altdorfium : vide *Cat. Altd.* Semina triangula perianthio triangulo quasi tribulaceo includuntur. *Cat. Rom.*

M. Acetosa maritima foliis sinuatis & dentatis *Bot. Monsp.* Lapathum maritimum sinuatum *J. B.* Maritimum foetidum *C. B.* Stinking Sea-Sorrel with waved and indented leaves. In sabulosis monticulis parùm ultra Cetium montem collegit D. *Magnol*, quos reptatu suo occupat. Si planta hæc, quod dubito, Lapathi species sit, rectè à D. *Magnol* ob aciditatem suam Acetosis deputatur.

Z. Ace

Z. Acetosa tuberosa repens cum maculis sanguineis, Ragusiana *Zanon.* Hujus semen accepit à D. *Alex. Balam*, qui à Tingi urbe transmisit. Lobelianæ Acetosæ tuberosa radice eandem esse existimo.

Achillea *v.* Millefolium.

Acini pulchra species *J. B.* Clinopodium IV, sive montanum *C. B.* Austriacum *Clus. Park.* Fair or larger Stone-Basil. In ascensu montis Juræ propè Genevam variis in locis.

Aconitum folio Platani, flore luteo pallescente *J. B.* II, sive Lycoctonum luteum *C. B.* Luteum Ponticum *Ger.* Luteum Ponticum serotinum *Park.* Yellow Wolfs-bane. In colle *la Bastie*, aliisque montibus Genevæ vicinis copiosé. Duplex est; Præcox quod Ac. albis pallidisve floribus *C. B.* & Serotinum.

A. Aconitum lycoctonum humilius, foliis durioribus, floribus pallidis *Cat. Altd.* In montibus supra Herspruccium. Jun. floret.

C. Aconitum Napello simile, sed minus, cœruleum, præcocius *J. B.* Violaceum, seu Napellus 2 *C. B.* Violaceum *Ger. emac.* Lycoctonum præcox *Park.* Lycoctonum 4. Tauricum *Clus.* In Tauricis montium jugis, non procul Salzburgo Julio floret. Violet-coloured Monks-hood.

C. Aconitum Lycoctonum Napello simile, Neubergense, foliis latioribus, flore purpureo *J. B.* Purpureum, seu Napellus tertius *C. B.* Purpureum aliud *Park.* Purpureum Neubergense *Ger emac.* Purple-flowred Monks-hood. In montis *Neuberg* Ducatus Stiriæ jugo, ad vaccarum stabula.

C. Aconitum magnum purpureo flore, vulgo Napellus *J. B.* Cœruleum, seu Napellus 1. *C. B.* Napellus verus cœruleus *Ger.* Verus flore cœruleo *Park.* Common blew Monks-hood or Helmet-flower. In *Snealben* & aliorum quorundam montium jugis frequentissimus est.

C. Aconitum Lycoctonum flore maximo *J. B.* Cœrul. purpureo flore maximo, sive Napellus 4. *C. B.* Maximum Judenbergense *Ger. emac.* In *Judenberg* altissimo totius Stiriæ monte, & in quodam *Sneberg* jugo, quà difficillimus est ascensus.

C. Aconitum cœruleum minus, seu Napellus minor *Park. C. B.* Lycoctonum cœruleum parvum *Ger.* Lyc. flore cœruleo, galea elatiore, radice bulbosa *J. B.* Lycoct. X. Thora Italica *Clus.* Ubertim nascitur ad Monasterium *Neuberg*, supra torrentem qui monasterium alluit; & proximè altissimum illum lacum supra Gamingam.

Aconitum cœruleum Autumnale *Park.* Lycoctonum Autumnale, Napello simile *J. B.* Cœruleum, Napelli flore *C. B.* An potiùs, Acon. lycoct. Napello simile Neubergense, foliis latioribus, flore purpureo *J. B?* **Blew Autumnal Wolfs-bane.** In sepibus non longè à *Memminga* Sueviæ urbe Aconiti speciem medio Augusto florentem inveni, bicubitalem & altiorem, valdè ramosam, foliis minùs dissectis quàm in Napello vulgari.

Aconitum Salutiferum seu Anthora *C. B.* Anthora *Park.* Anth. seu Aconitum salutiferum *Ger.* Antithora flore luteo Aconiti *J. B.* **The Counter-poyson to Monks-hood.** In jugis montis Juræ, præsertim in vertice *Thuiri.*

Aconitum hyemale *Ger. Park.* I. sive unifolium luteum bulbosum *C. B.* Ranunculus cum flore in medio folio, radice tuberosa *J. B.* **Winter Wolfs-bane.** Anemone Bononiensium nonnullis dicitur, quoniam circa Bononiam & per totam etiam Lombardium copiosissimè provenit, mensis Februarii initio florens. Aconitum præcox unifolium, Ranunculi flore, non ineptè dicitur.

Aconitum Pardalianches *v.* Thora.

Adiantum sive Capillus Veneris *J. B.* Verum seu Capillus Veneris verus *Park.* I. Sive foliis Coriandri *C. B.* Capillus Veneris verus *Ger.* **True black Maiden-hair.** In humidis & umbrosis rupibus & puteis, & ad aquarum Scaturigines in Italia & Galia Narbonensi vulgare. *Cat. Rom.*

Ægilops Narbonensis *Lob.* Festuca sive Ægilops Narbonensis *Park.* Festuca Italica *Ger.* Gramen Festucæ XIV, sive Festuca altera capitulis duris *C. B.* **Hard-headed Oat-grass.** In Sicilia, Italia & Gallia Narbonensi frequentissima habetur.

Agera-

Ageratum purpureum Dalechampii *J. B.* Purpureum *Park.* Serratum Alpinum *C. B.* In rupibus ad radices montis Salevæ, & in aſcenſu montis Juræ prope Genevam; utrobique copioſé. Malè inſcribitur Ageratum, cum quò nihil habet ſimilitudinis; flore enim eſt pentapetalo, ſimplici, vaſculum ſeminale oblongum poſt ſe relinquente.

Ageratum Septentrionalium *Lob.* Vulgare, ſive Coſtus hortorum minor *Park.* Foliis ſerratis *C. B.* Ager. pleriſque, Herba Julia quibuſdam *J. B.* Balſamita fœmina ſive Ageratum *Ger.* Maudlin-Tanſie. In *Etruria* circa *Florentiam* & *Liburnum*; in Gallia Narbonenſi circa Monſpelium abundé. Trago & Matth. pro Eupatorio Meſuæ habetur. *Cat. Rom.*

Agnus caſtus *Offic.* Ag. folio non ſerrato *J. B.* Vitex foliis anguſtioribus, Cannabis modo diſpoſitis *C. B.* Vitex ſeu Agnus caſtus *Ger.* Vitex ſeu Agnus caſtus folio anguſto *Park.* The Chaſt-Tree. In Sicilia & Regno Neapolitano non infrequens. Agnum caſtum Officinæ ineptè appellant, non advertentes, *caſtum* nihil aliud eſſe quàm expoſitionem *Agni.*

Col. Agrimonia odorata *Park. Cam.* Eupatorium odoratum *C. B.* Alterum odoratum & aromaticum *Col.* In Sylva & colle quodam prope oppidum Campoclarenſium, juxta flumen Auſtrum reſpiciens.

Agrimoniæ ſimilis *C. B.* Agrimonoides *Park. Col.* Pimpinella folio Agrimoniæ nonnullis. In Æquicolorum montibus, & ad Mateſii radices Septentrionem reſpicientes inter vepres.

Aizoon *v.* Sedum.

Alaternus major ſeu prior *Park.* *Bourgeſpine* Monſpelienſium, Alaternus Plinii Cluſio & Anguillaræ *Lob.* Spina Bourgi Monſpelienſium *J. B.* Philyca elatior *C. B.* Ever-green-Privet, by our Gardeners confounded with, and called by the name of Phillyrea. In Italia, præcipuè ad mare inferum, necnon circa Monſpelium in collibus Saxoſis.

Alaternus anguſtifolia, foliis profundiùs ſectis. In montoſis eundo à Lericio ad Lucam in Italia collegimus. In Catalogis *Hort. Lugd. Bat.* Hermanni, & *Hort.*

Amstelodam. Commelini hanc speciem invenio.

Col. Alcea folio rotundo laciniato *C. B.* Peregrina *Clus.* Malva montana seu Alcea rotundifolia laciniata *Col.* Supra Matesii montis supercilium, Septentrioni oppositum *Civita Vecchia* dictum, & in Æquicolorum montium planis *Rascino* appellatis.

Alcea pentaphyllea *Park.* Pentaphylli folio, vel Cannabino *J. B.* V. Sive Cannabina *C. B.* Fruticosa cannabina *Ger.* **Five-leaved, or Hemp-leaved Vervain-Mallow.** In aggeribus fossarum circa Monspelium. V. *Botan. Monsp. Cat. Rom.*

Alcea minor Sicula, flore minore carneo. **Vervain-Mallow of Sicily with a small flower.** E *radice* alba simplici plures emittit *caules*, humi procumbentes, hirsutos, superna parte rubentes. *Folia* ima subrotunda, longis pediculis annexa, quæ in caulibus sunt in tres aut quinque lacinias secta, hirsuta, & circa margines crenata. *Flores* parvi, quinquefolii, carnei. *Semina* Malvæ vulgaris. In insula ad Promontorium *Pachynum.*

Alcea villosa *J. B.* VIII. seu hirsuta *C. B.* Minor villosa *Park.* **Small hairy Vervain-Mallow.** In vinetis circa Monspelium, & in sepibus non procul Genevâ.

B. Alcea vulgaris minor, foliis in longas lacinias divisis *C. B. Catal. Basil.* Dens leonis & Malva querna *Lon.* Ad agros infra Huningam.

B. Alchimilla Alpina quinquefolia *C. B. prod.* In monte S. *Bernhardi* majore & *Gotthardo* locis humidioribus.

Alcyonium 4. Dioscorodis *v.* Bursa marina.

M. Alcyonium spongiosum Officinarum *J. B.* durum, sive 1. Dioscoridis Imperato *C. B.* In litore maris ad montem Cetium non semel invenit D. *Magnol.*

Alcyonium 14. *C.B.* Pila, seu Sphæra marina *J.B.* **Sea-balls.** Has pilas Arundinum progeniem esse, & quidem foliorum earundem affirmat D. *Lucas Schrockius*, *Ephem. Germ.* An. 11. Obs. 14. Locum vide. Cujuscunque autem originis sunt, in litoribus Maris Mediterranei his nihil frequentius.

† Alcyo-

† Alcyonium 5. Dioſcoridis ſeu Auricula marina *Caeſ.* Fungus Auricularis Cæſalpini *C. B.* Item Alga maritima Gallo-pavonis pennas referens *ejuſdem.* The Turkeys Feather. In rupibus aquâ marinâ tectis non tantùm in Italia & Sicilia, verumetiam in Anglia. Fungum Ceraſorum refert, & inter Lichenem & Fungum ambigit.

Alkekengi *Lon.* Halicacabum ſeu Alkakengi vulgare *Park.* Solanum bacciferum II. Sive veſicarium, quòd folliculi veſicæ inflatæ ſimiles; vel ut *Plin.* l. 21. c. 31. quoniam veſicæ & calculis proſit *C. B.* Halicacabum *Ger.* Halic. vulgare *J. B.* Primò in Sylvoſis in inſula Danubii juxta Viennam Auſtriæ, deinde in Italia prope Romam in ſcrobibus invenimus. Reperitur etiam circa Monſpelium. Vid. *Botan. Monſp.*

Allium Alpinum *J. B.* Alpinum latifolium ſeu Victorialis *Ger.* Anguinum *Park.* IX. Sive montanum latifolium maculatum *C. B.* Victorialis *Cluſ.* Broad-leaved mountain Garlick. In ſummis jugis altiſſimorum montium Max. Carthuſianorum Cœnobio imminentium.

C. Allium montanum bicorne flore dilutè purpuraſcente *C. B.* Moly montanum latifolium primum Cluſii *Park. Ger. emac.* Allium ſeu Moly montanum latifolium *J. B.* Hujus locum non addit Cluſius.

Allium umbelliferum pratenſe *J. B.* An Allium ſeu Moly Narciſſinis foliis primum *Cluſ?* Al. montanum foliis Narciſſi majus *C. B?* Moly Narciſſinis foliis 1. *Ger?* Narciſſinis foliis *Park. par.* In udis pratis Genevæ ultra flumen *Arve.* Cluſius Moly ſuum Narciſſinis foliis primum invenit in *Leytenberg* ſupra *Manderſdorf* & aliis montibus urbi Viennæ vicinis.

C. Allium petræum umbelliferum *J. B.* Montanum ſeu Petroſcorodon *Geſn. hort.* mont. foliis Narciſſi minus *C. B* Narciſſinis foliis tertium *Ger. emac.* Burmii Rhætorum invenit *J. B* qui exiſtimat Cluſium hanc plantam pingere pro Moly Narciſſinis foliis ſecundo. Cum præcedente invenitur.

M. Allium petræum umbelliferum *J. B.* Hoc, inquit *P. Magnol*, idem eſſe exiſtimo cum Allio radice oblonga

longa *C. B.* cùm descriptiones in omnibus ferè conveniant. Invenitur copiosè in monte *Serane*, superato loco dicto *La costè de Meionel*, & Augusto mense floret. C. Bauhinus in loco montoso non longè à Monspelio, qui Hortus Dei dicitur observavit. *Prod.*

B. Allium montanum radice oblonga *C. B. prod.* In eodem quo præcedens loco. Hanc speciem Monspelii nacti sumus D. *Sweiker* Dantiscani munere.

Allium Sphærocephalum purpureum Sylvestre *J. B.* Montanum capite rotundo *C. B.* Montanum 5. Clusii *Ger. emac.* Moly purpureum Neapolitanum *Park. parad.* In vineis & segetibus circa Genevam, Monspelium, &c.

Allium Sylv. bicorne purpureum proliferum *J. B.* Montanum bicorne angustifolium flore purpurascente *C. B.* Moly montanum Pannonicum bulbiferum secundum Clusii *Park. parad.* In Germania inter Lodethemium & Basileam collegimus. In dumetis circa Cliben *Cat. Bas.* In Austriacis Stiriacisque Alpibus *Clus.*

Allium Sylvestre bicorne flore obsoleto *C. B.* Bicorne proliferum, flore intus albescente, cum stria purpurascente externè *J. B.* Genevæ inter Segetes passim.

Allium juncifolium Sphærocephalum purpurascens. In arenosis ad Rhodanum fluvium propè Genevam. Descriptionem vide *Hist. nost.* p. 1118. Simplici bulbo est, & capite non prolifero, sed ex flosculis duntaxat composito, quo Cepas imitatur.

C. Allium flore luteo seu pallido *J. B.* Montanum bicorne flore pallido odoro *C. B.* Allii montani quarti species 1. Clusii *Ger. emac.* Moly Pannonicum odorato flore *Park.* Circa Posonium Ungariæ, Niclasburg Moraviæ, sed omnium abundantissimè supra Badenses Austriæ thermas.

M. Allium montanum bicorne flore obsoletiore *C. B.* Montani quarti 2. Species *Clus.* Moly montani 4. secunda Species Clusii *Ger.* An Allium Sylv. bicorne flo. viridi *J. B.* In sterilibus herbidis propè *La Valette* sub magnis rupibus juxta Ladum amnem Monspeliacum

cum Augusto menſe cum flore collegit D. *Magnol.* &c. *V.* Botan. Monſp.

M. Allium juncifolium bicorne luteum *C. B.* Æſtate in ſatorum marginibus ſupra Boutonetum & alibi. *Botan. Monſp.* In Auſtria prope *Stain* & *Baden. C.B. prod.*

M. Allium Sylveſtre ſeu Moly minus roſeo amplo flore *Magnol.* Figuram hujus & deſcriptionem vid. in *Botan. Monſp.* Plurimum oritur in vineis circa *Colombiere* & *Memmau,* & Maio menſe floret.

B. Allium Sylv. juncifolium capitatum purpuraſcens *C. B.* Allium caninum 1. *Trag.* In Saxoſis ad ripam Rheni. *Cat. Baſil.*

Allium Sylveſtre perpuſillum juncifolium moſchatum *J. B.* Moly moſchatum capillaceo folio *C. B.* Moſchatum vel Zibettinum Monſpelienſe *Park.* In collibus propè Monſpelium & Sellam novam, *aux Garrigues à la Colombiere.* Septembri menſe floret.

C. Alnus altera *Cluſ.* Folio incano *C. B. Park.* Hirſuta *Ger. emac.* Hirſuta & incana *J. B.* **Hoary Alder.** Circa Genevam & Montbelgardum variis in locis obſervavit *J. B.* In Auſtriæ & Stiriæ montanis ad flumina, inque Danubii inſulis circa Viennam Cluſius.

Aloe vulgaris *C. B. J. B.* Vulgaris ſeu Sempervivum marinum *Ger. Park. Aloes.* In Sicilia & Melita inſulis in muris & tectis.

Alopecuros *Ger.* Genuina *Park.* Gramen Alopecuroides ſpica rotundiore *C. B.* Gr. Alopecuros ſpica brevi *J. B.* **Foxtail.** In Sicilia, Italia, & Gallia Narbonenſi, præſertim in arenoſis, ut v. g. prope oppidum Frontignanam, circa Baias, &c.

Gramen Alopecuros minor ſpica longiore *C. B.* Cauda vulpina Monſpelienſium *Ad. Lob.* Spica longior eſt præcedentis, & ex multis ſpicis compoſita Panici in modum. **Long-ſpiked Foxtail-graſs.** Nos in Sicilia circa Meſſanam collegimus: Lobelius in locis maritimis Monſpelio vicinis ad Magallonam & aquas Marianas.

Alſine baccifera *Ger.* Scandens baccifera *C. B.* repens baccifera *Park.* Cacubalum quibuſdam vel Alſine baccifera *J. B.* **Berry-bearing-Chickweed.** In ſepibus, primò non longè à Francofurto ad Mœnum, poſtea quoque in Italia & Gallia Narbonenſi obſervavimus. Loca circa Monſpelium *vide* in *Botan. Monſp.*

Alſine folio craſſo, an Alſine fœtida F. Columnæ Dioſcoridea? *J. B.* Primò ſe nobis obtulit in Liguria circa Portum Veneris, deinde alibi etiam tum in Italia, tum in Sicilia. Alſ. Parietariæ foliis *C.B. Phyt.* Cynocrambe legitima Dioſcor. *Park. Cat. Rom.* Ad plateas. In inſula Capreis frequens *Col.*

Alſine nemoroſa montana maxima *nobis.* Montana hederacea maxima *Col. Park.* Montana latifolia, flore laciniato *C. B.* **The greateſt mountain Chickweed.** In Sylvoſis ad latera montium Juræ & Salevæ prope Genevam. Hanc ſpeciem in Catalogo exterarum ante 20 annos edito pro Alſine maxima *Hiſt. Lugd.* habui.

Col. Alſine montana capillaceo folio *C. B. Park.* Item Saxifraga montana Neapolitana *Park.* Alſ. Saxifraga anguſtifolia minima montana *Col.* In Saxorum rimis, & rupium cavis umbroſis circa D. *Philippæ* antrum Æquicolorum.

Alſine myoſotis flore maximo. An Alſines Myoſotis facie, Lychnis Alpina flore amplo niveo D. *Lloyd.* In deſcenſu montis propè Lucam verſùs Lericium; in itinere à Lericio ad Lucam invenimus, Vere florentem.

M. Alſine aquatica minor & fluitans *C. B.* Fluviatilis *Tab. Ger.* Copioſa eſt in Ledo amne, & Lateræ rivulis *Botan. Monſp.* **River-Chickweed.** An Alſine longifolia uliginoſis proveniens locis *J. B.*

S. Alſine maritima longiùs radicata *P. Boccon.* **Long-rooted Sea-Chick-weed.** In Sicilia. Foliis variat; uni enim Herniariæ formâ & magnitudine ſunt; alteri verò Alſines maritimæ Neapolitanæ *Col.*

S. Alſine Lotoides Sicula *P. Bocc.* Alſine paluſtris minor, folio oblongo *C. B. Prod.* Prope Catanam in paluſtribus & humentibus locis.

B. Alſine

B. Alſine paluſtris minor Serpyllifolia *C. B.* An Alſine paluſtris Serpylli folio *P. Boccon.* In paluſtribus Alneti circa telonium Wieſæ *Cat. Baſ.* v. & *Cat. Altdorf.* An hæc planta eadem ſit *Portulacæ noſtræ aquaticæ*, ſeu *Anagallidi Serpyllifoliæ* aquaticæ *J. B.* inquirendum.

S. Alſine Bononienſis non aculeata *P. Bocc.* Bononiæ, & ad vicum *Chantilly* ſuburbanum vidit *D. Boccone.*

S. Alſine Paronychiæ facie 2. Matthioli *P. Bocc.* Exit paſſim in maritimo litore Modicæ civitatis ad Pachynum Promontorium.

Alſine muſcoſa quibuſdam *J. B.* Tenuifolia muſcoſa *C.B.* Locis humidis ad fontes & aquarum ſcaturigines in montibus Stiriæ, itémque in Jura & Saleva Genevæ vicinis exit. Flos huic tetrapetalos.

Alſine verna Dalechampii *Lugd.* Caryophyllus arvenſis umbelliferus *J. B.* Arvenſis umbellatus *Park.* Holoſteus arvenſis *Ger.* Arvenſis umbellatus folio glabro *C. B.* Umbelliferous Chickweed. Inter ſegetes prope Lovanium. Vera & genuina Alſines ſpecies eſt.

Alſine minor montana magno flore. Hæc Alſinæ minori multicauli ſimilis eſt, foliis nonnihil anguſtioribus fortaſſe ob locum, floribus pentapetalis lacteis minimè bifidis, duplo majoribus. In montibus prope Max. Carthuſianorum cœnobium in Delphinatu.

A. Alſine capitulis Lini, cauliculis inflexis *C. B.* Minima Suffruticis inſtar Λινόκαρπος dicenda *Thal.* In pratis montoſis & ſummitate *des Buchbergs. Cat. Altd.*

M. Alſine litoralis graminea *Bot. Monſp. App.* Ubi deſcriptionem vide. In herbidis maritimis eundo ad montem Cetium, ubi ſtagnum trajicitur, Maio menſe copiosè reperitur.

H. Alſine maritima Neapolitana *Col. Park.* Maritima flore rubente *C. B.* Mirum hanc plantam calidiorum regionum incolam in Hollandia reperiri: ibidem tamen à D. *Jac. Breynio* inventam notat D. Commelinus in *Cat. Holl.*

H. Alſine paluſtris exigua floſculis albis lanceolatis, Plantaginellæ aquaticæ inſtar Mentzelii *Cat. Holl. Commel.*

B. Alſine

B. Alſine Alpina junceo folio *C. B. prod. Park.* In Helveticis & Genevenſium montibus.

B. Alſine Alpina glabra *C. B. prod. Park.* In Helvetiorum Alpibus & monte Spliegel.

B. Alſine Alpina minima glabra *C. B. prod.* Flore tetrapetalo. In monte Fracto & ad thermas Fabarias.

Althæa frutex 1 *Cluſii. Ger.* Fruteſcens folio rotundiore incano *C. B.* Arboreſcens *J. B.* Alth. Olbiæ Galloprovinciæ *Lob.* Nam quam pro Althæa Olbiæ habuerunt Londinenſes, Althæa Bryoniæ folio, ſeu folio acuto, parvo flore *C. B.* erat. Foliis eſt Malvæ vulgaris, rotundis, ſed mollibus & incanis, flo. magno incarnato. In rupibus non longè à ſpecu Frontignana, & prope Tolonam. De nominibus hujus plantæ conſule *Hiſt. noſt.* p. 603.

C. Althæa flore majore *C. B.* Pannonica *Park.* Flore grandi lth ææ, Thuringica Camerarii *J. B.*

C. Althæa Pannonica 3 *Cluſ.*

C. Althæa laciniato folio *C. B.* Profundò ſerrato ſeu dentato folio *J. B.* Per Pannoniam & in Moravia humidis locis & ſecundùm tumulos ſitis tres præcedentes ſpecies obſervavit *Cluſ.*

Alypum montis Ceti, ſive Herba terribilis Narbonenſium *Ad.* Al. Momſpelienſium ſive Herba terribilis *Park.* Monſpeliarum ſive Herba terribilis *J. B.* Thymelæa foliis acutis, capitulo Succiſæ, ſive Alypum Monſpelienſium *C. B.* In Promontorio Ceti propè Frontignanam copioſè, nec minùs in collibus Saxoſis prope S. *Chamas* Gallo provinciæ oppidum.

Alyſſum minus *v.* Thlaſpi minus.

S. Amarantus Siculus ſpicatus radice perenni *P. Bocc.* Oritur in locis Catanæ vicinis, & in Hyblæis montibus reſtibili fœcunditate luxuriat. Nos in horto Med. Meſſanenſi cultam vidimus.

Amarantus luteus *vid.* Stœchas citrina.

Ambroſia *Ger.* quibuſdam *J. B.* Maritima *C. B.* Hortenſis *Park.* Oak of Cappadocia, inepte, cùm nè foliis quidem Quercum referat. In maritimis Etruriæ arenoſis.

Ame-

Amelanchier *Lob.* Vitis Idæa tertia *Cluſ. Park.* Vaccinia alba *Ger.* Dioſpyros *J. B.* Alni effigie lanato folio minor *C. B.* **Whortle-berry-Tree.** In montibus circa Genevam, & in lateribus montium Rheno imminentium.

Ammi vulgare *Ger.* vulgatius *Lob. Park.* majus *C. B.* vulgare majus, latioribus foliis, ſemine minùs odoro *J. B.* **Common Biſhops-weed.** In Italia, Sicilia & Gallia Narbonenſi in hortis, vineis & pinguioribus arvis nimis interdum frequens. Variat foliis tenuioribus magiſve inciſis, quod & Camerario obſervatum.

Amygdalus *Ger. Park.* Sativa *J. B.* dulcis & amara *J.B.* nam è dulcis ſemine ſato amara interdum provenit, Petro Creſcentio obſervante. **Almond-Tree bearing ſweet and bitter Fruit.** In Italia & Gallia Narbonenſi etiam in agris.

H. Anagallis aquatica major folio ſubrotundo *C.B.* aquat. flo. cœruleo, folio ſubrotundo major *J. B.* Veronica aquat. major folio ſubrotundo *Moriſ. Cat. Commel.*

H. Anagallis aquat. major folio oblongo *C. B.* aquat. flo. cœruleo, fol. oblongo major *J. B. Cat. Commel.* Neque hanc, neque præcedentem ſpeciem in Anglia hactenus obſervavimus.

Anagyris *Lob.* fœtida *C. B. Park. Ger.* vera fœtida *J. B.* In montibus propè Meſſanam, & alibi tum in Sicilia, tum etiam in Italia. **Stinking Bean-trefoil-Tree.**

Anagyris non fœtida major & Alpina *C. B.* non fœtida, ſive Laburnum majus *Park.* Laburnum arbor trifolia, Anagyridi ſimilis *J. B.* Anagyris *Ger.* **Bean-trefoil-Tree.** In montibus Jura & Saleva prope Genevam, & alibi in Alpibus Sabaudicis.

Anchuſa anguſtifolia *C. B.* Lignoſior anguſtifolia *Lob. Park.* minor lignoſior *J. B.* item Libanotidis ſpecies *ejuſdem.* In collibus ſterilibus agri Monſpelienſis, *aux Garrigues*, propè Caſtelneuf, &c. **Woody Alkanet.**

Anchuſa lutea *J. B. Ger.* major, floribus luteis *C. B.* lutea major *Park.* **Yellow Alkanet.** In agris

ſterilioribus non longè à Lugduno, itinere Genevenſi.

Col. Anchuſa lutea minor *C. B. Park. J. B.* echioides lutea, Cerinthes flore montana *Col.* Symphytum anguſtifolium Apulum *Park.* In ſaxoſis Æquicolorum montibus meridiei expoſitis.

Anchuſa Monſpeliana *J. B.* IV. ſeu puniceis floribus *C. B.* Anch. Alcibiadion *Ger.* minor purpurea *Park.* **Purple-flower'd Alkanet of Monpelier.** In colle arenoſo inter Grammontiam Sylvam & Caſtrum novum, non longe à Monſpelio. *Cat. Rom.*

M. Anchuſa lutea minima *Lob. ob.* **The leaſt Yellow Alkanet.** Copioſè naſcentem invenit *D. Magnol* in loco dicto *la Garrigue du Terrail*, & in ſterilibus circa Salenovam & *la Colombiere.* Maio & Junio floret.

Androſace Matthioli *v.* Fungus petræus.

Androſaces Matthioli altera *J. B. Cluſ.* altera major Matthiolo *Park.* Alſine affinis Androſace dicta major *C. B.* Androſaces annua ſpuria *Ger.* Inter ſegetes circa Badenſes thermas non procul Vienna Auſtriæ copioſè.

Col. Androſæmum perfoliatum & perforatum *C. B.* alterum Apulum *Col. Park.* In calidioribus Cirinolani inculti agri.

Androſæmum fœtidum *Park.* Capitulis longiſſimis filamentis donatis *C. B.* Ruta hypericoides quibuſdam, Sicilianæ affinis, ſive Tragium *J. B.* **Stinking ſhrubby Tutſan.** In Sicilia & Calabria ad aquarum rivos, ubi in ſatis magnum fruticem adoleſcit.

Anemone ſylveſtris ſecunda *Cluſ. v.* Pulſatilla alba.

B. Anemone Alpina alba major *C. B. prod.* In Blankenſtein Auſtriæ. *Burſer.*

B. Anemone Alpina alba minor *C. B. prod.* In Taurero Raſtadienſi, Auſtriæ. *Burſer.*

Anemone ſylv. alba major *C. B.* magna alba, plurima parte anni florens *J. B.* Sylveſtris latifolia alba, ſive tertia Matthioli. *Park.* **Great wild White Anemony or Windflower.** In Germania ſuperiore locum non recordamur. In pratis Pannonicis, & ad Mænum frequens *Cluſ.*

Ane-

Anemone tuberosa radice *Ger.* tenuifolia simplici flore tertia, sive Oenanthes foliis, flore violaceo hexaphyllo *C.B.* An Italica latiusculis spinosis foliis 3 Clusii *J.B*? **Knobby-rooted Anemony with a bright Purple-flower.** Itinere à Lericio ad Massain Liguriæ copiosam vidimus Aprili florentem: postea etiam alibi in Italia. Invenitur etiam in Germania secundum Rhenum inter Moguntiam & Andernacum, inter vepres. *Clus.*

B. Angelica Sylvestris hirsuta inodora *C.B. prod.* Ex Lusatia misit Francus.

Anisum *Lob. Ger. Park. J. B.* Anisum Herbariis *C. B.* **Anise.** In Insula Melita magno proventu seritur. Anisum Melitenses *Cuminum dulce* appellant, unde C. Bauhinus deceptus Cuminum dulce pro distincta Cumini specie habuit.

Anonis viscosa spinis carens lutea major *C. B.* lutea non spinosa, Dalechampio Natrix *J.B.* non spinosa lutea major *Park.* **Great Yellow Camock or Restharrow.** Hanc primò observavimus in arenosis insulæ illius exiguæ, à Promontorio Siciliæ Pachyno dicto non ita pridem impetu maris abruptæ; deinde ad fluvium *Arve* prope Genevam; tandem circa Monspelium copiosè. Flores lutei lineis plerunque rubris virgati sunt, unde Anonis non spinosa flore variegato *C. B.*

M. Anonis viscosa spinis carens lutea latifolia annua *Magnol. Botan. Monsp.* ubi descriptionem vide. Copiosè reperitur ultra antrum Frontignanense sub ilicibus, juxta viam, Augusto & Septembri mensibus cum flore.

M. Anonis spinis carens lutea minor. Ab Anon. viscosa lutea minore *C. B.* differt, quòd flos ei pendulus non sit. Augusto mense florens reperitur in loco dicto *La Garrigue de Perauls*, juxta viam, inter ilices cocciferas.

Anonis non spinosa parva procumbens lutea *nobis.* An Anonis maritima mitis folio lucido serrato. *Bocc.* In arenosis maris litoribus prope Catanam Siciliæ copiosé. Siliquæ duos intus seminum ordines continent. Integram descriptionem vide Hist. nost. p. 958.

Anonis non ſpinoſa purpurea ſupina minima. In ſterilioribus Calabriæ juxta mare. Neſcio an hæc planta à quoquam deſcripta ſit.

Anonis puſilla fruticans Cherleri, trifoliis affinis *J. B.* In collibus ſterilioribus Narbonenſis Galliæ inter Ilices, Thymos, alióſque frutices multa.

Col. Anonis lutea ſylveſtris minima *Col.* ſpinoſa lutea minor *C. B.* montana ſpinoſa lutea minor *Park.* In Æquicolorum incultis depreſſis aridis locis à Villa Mercato viâ ad molendinum. Quærit *D. Magnol*, annon hæc ſit Anonis puſilla glabra fruticans Cherleri.

Anonymus flore Coluteæ *Cluſ.* Chamæbuxus flore Coluteæ *Ger. C. B.* Chamæbuxus ſive Chamæpyxos quibuſdam *J. B.* Pſeudo-chamæbuxus *Park.* Baſtard dwarf-Box. Primò obſervavimus in ſylvis Conſtantiam inter & Scaphuſiam, deinde in planitie quadam prope Auguſtam Vindelicorum, tandem non longe à Tiguro Helvetiæ plurimum, menſe Maio florentem.

Hujus varietas floribus albis medio rubeſcentibus invenitur prope Altdorfum ad ſaxa humida, quà ex cœnobio Blankſtetten ad proximum montem aſcenditur. *Cat. Altd.* D. Jacobus Breynius plantam hanc Polygalon Aſtragaloides vulgare Buxi folio appellat. *Prod.2.* D. Paul. Hermannus Aſtragalum humilem Buxifolium Ego cur ad Aſtragalum referat non ſatis rationis video, quin potius anomalam & ſui generis fruticulum cenſeo.

Anthyllis leguminoſa purpuraſcente flore *Cluſ.* Loto affinis flore ſubrubente *C. B.* Anthyllidis leguminoſæ vulgaris varietas *Park.* Purple-flower'd Ladies finger. In agrorum marginibus circa portum Liburnum, & alibi in paſcuis Italiæ.

Anthyllis altera herbariorum *Park. v.* Chamæpitys moſchata marina incana *v.* Paronychia. leguminoſa Hiſpanica *v.* Trifolium halicacabum & Auricula muris.

M. Anthyllis Dioſcoridis *Alpin. exot. Bot. Monſp. App.* Oritur in locis incultis & paludoſis quæ æſtate exſiccantur prope *Perauls* circa locum dictum *Lou Boulidou.*

dou. Flores pentapetali albi, in extremitate leviter purpurascentes reflexi, stylo in medio albo, staminibus apicibus purpurascentibus donatis.

Anthyllis leguminosa vesicaria Hispanica *Park.* *v.* Lotus vesicaria.

M. Anthyllis marina Narbonensium altera Chamæsyces facie *Ad.* Valentina *Clus.* Valentina Clusii *Ger.* maritima, Chamæsyce similis *C.B.* Anthyllidis species quibusdam *J. B.* Polygonum Valentinum, sive Anthyllis Valentina Clusii *Park.* **Valentia Knot-grass.** In maritimis *Perauls*, & in monte Cetio Maio & Julio mensibus cum flore reperit *D. Magnol.*

Antirrhinum luteum *Ger.* luteo flore *C. B.* flore luteo grandi *Cam.* flore subluteo *Dod.* **Great Yellow Calves-Snout.** Circa Messanam in muris copiosé; unde Petrus Castellus in Catalogo plantarum Messanensium Messanense illud denominat. Invenimus insuper in rupibus non procul à *Petra Sancta* Hetruriæ oppido. Antirrhinum maximum flore flavo amplo, folio lato, non ineptè possit denominari.

Antirrhinum purpureum *Ger.* majus alterum folio longiore *C. B.* vulgare *J. B.* In aggeribus fossarum & ad sepes prope Monspelium abundé. Qu. An & quomodo ab hoc differat Antirrhinum majus flore roseo *Cam. hort.* quod in agro Monspeliensi crescere notat, nec alibi sibi visum testatur *C. B.* in *Phytop. Cat. Com.*

Antirrhinum minus seu medium flore carneo, rictu striato. In Italia & Sicilia copiosé.

M. Antirrhinum album serrato folio *J. B.* folio dissecto *C. B.* Copiosè inveni æstate media in ora maritima, vulgo *Plage*, quæ respondet prædio dicto *Aresquies* inter juncos, versùs Miravallem & Frontignanam, inquit *D. Magnol.* Persimile est Cristæ galli nostræ spicatæ Messanensi.

M. Antirrhinum saxatile Serpylli folio *C. B.* *prod. Botan. Monsp.* ubi descriptionem & iconem ejus vide. Inter rupes montis *Capouladou*, tum & in locis *Garrigues* dictis inter *Leverune* & *Pignan* copiosum invenit *D. Magnol.* Maio & Junio mensibus cum flore.

Aparine fructu Coriandri ſaccharati *Park.* Gooſe-graſs with Seed like Coriander Comfits. In inſula ad Prom. Pachynum & alibi in Sicilia, necnon circa Monſpelium.

M. Aparine minima, vel Rubia Saxatilis minima *Bot. Monſp. App.* ubi deſcriptionem vide. Æſtate floret in aſperis circa *la Valette* & *la Colombiere.* Satis accedit ad Rubeolam Saxatilem *C. B. prod.* Sed non eſt incana. Figura prima Rubiæ anguloſæ aſperæ *J. B.* illam optime repræſentat.

A. Aparine lævis ſtrigoſior odoratior & Saxatilis *Cat. Altd.* An Rubeola Saxatilis *C. B.* Circa *Hohenſtein* menſe Junio.

Aphyllanthes Monſpelienſium. *v.* Caryophyllus.

Aphyllanthi affinis &c. *v.* Scabioſa.

Apium montanum nigrum *J. B.* VI. ſeu montanum folio ampliore *C. B.* Ejuſdem Ap. VIII. ſeu montanum nigrum, ex ſententia fratris *J. B.* necnon Daucus VI. ſeu montanus Apii folio minor, adeoque ex una planta tres facit. Apium montanum vulgatius & Apium montanum Pariſienſium *Park.* Oreoſelinum *Ger.* Veelguta *Dod* nomine Germanico dicta, i. e. Polychreſton, ut Cordus eam vocat. Ad latera montis Juræ non procul Geneva & in Germaniæ montoſis paſſim.

† Apium petræum ſeu montanum album *J. B.* An Daucus montanus Apii folio minor à *C. B.* in Prodr. depictus? Pimpinella Saxifraga hircina media Herbariis noſtratibus. In rupibus prope Danubium non longè à Ratisbona; item in monte Jura non procul Geneva.

H. Apium paluſtre minus cauliculis procumbentibus, ad alas floridum *Herman. Cat. Leyd.* Locis undoſis & aquoſis Belgii luxuriat.

A. Apium Sylveſtre lacteo ſucco turgens *C. B.* Sylv. ſive Thyſſelinum *Ger.* Thyſſelinum ſive Apium Sylv. *Park.* Apium Sylv. Dodonæi, Thyſſelinum quorundam, planta lacteo ſucco turgens, humidis locis proveniens *J. B.* In Alnetis n. m. Julio versùs Offic. laterum, & poſt domum pauperum *Cat. Altdorf.* In Alnetis juxta Blæſas *Moriſ.* Habetur etiam in *Cat. Holl.*

Apium peregrinum *v.* Daucus tertius Dioſcoridis.

Apocynum latifolium amplexicaule *J. B. v.* Scammonea Monſpeliaca.

B. Aquilegia montana parvo flore, thalictri folio *C. B. prod.* In Helvetiorum Alpibus, inque Moravia prope urbem *Trebis* in pratis copioſé.

B. Aquilegia montana magno flore *C. B. prod.* In monte prope thermas Fabarias copioſé.

B. Argemone Alpina lutea *C. B. prod.* In montis Sneeberg Auſtriæ præruptis. *Burſer.*

Arbor Judæ *Lob. Ger. Park.* Judaica arbor *J. B.* Siliqua Sylv. rotundifolia *C. B.* Judas-Tree. Primò obſervavimus in collibus Romæ vicinis, Tyberi fluvio imminentibus, deinde in Apenninis montibus. Monſpelii juxta fluvium *la Mauſſou* versùs Salenovam Martio & Aprili menſibus flores profert, qui aceto condiuntur. *Botan. Monſp.* Monte Libano frequens *Rauwolf.*

† Arbutus *Ger. Park.* Arb. Comarus Theophraſti *J. B.* Arbutus ſive Unedo *Lob.* Arbutus folio Serrato *C. B.* Strawberry-Tree. In Siciliæ, Italiæ & Galliæ Narbonenſis Sylvoſis plurima.

S. Ariſarum anguſtifolium minimum *P. Boccon.* Ad Saccam, mediis in ſaxis, & in ſaxorum fiſſuris ſeu rimis, in loco *la Pirrera* dicto *D. Boccono* obvia facta eſt.

S. Ariſarum Potamogeiti folio *Boccon.* Natales illi Saccæ & Panormi in ſylvula fratrum S. Mariæ à Jeſu.

Ariſarum latifolium *Park. Ger.* latifolium quibuſdam *J. B.* latifolium alterum *C. B.* Broad-leaved Friers Cowl. In aggeribus ſepium & umbroſis, itinere inter Maſſam & Lucam copioſum vidimus: poſtea etiam in Gallo-Provincia, prope Tolonam portum, ad montium latera. Invenitur etiam circa Monſpelium. *v. Botan. Monſp.*

M. Ariſtolochia longa *J. B. Ger.* vera *C. B. Park.* Long-rooted Birthwort. In campis circa Lateram in agro Monſpeſſulano copiosè oritur *Botan. Monſp.*

C. Ariſtolochia longa altera Cluſii *J. B.* longa Hiſpanica *C. B.* *Park.* Inter vites regno Valentino frequentiſſima.

Ariſtolochia rotunda *Lob. Ger. J. B.* rotunda vulgatior *Park.* rotunda, flore ex purpura nigro *C. B.* In Italia paſſim ad ſepes & in aggeribus foſſarum.

Ariſtolochia polyrrhizos *J. B.* Ariſt. Piſtolochia dicta *C. B.* Piſtolochia *Ger.* Piſtolochia vulgatior *Park.* **Many-rooted Birthwort.** In agris propè Sellam novam Agri Monſpelienſis, ſub oleis: alibi etiam in vineis ſiccioribus.

Ariſtolochia Saracenica *Ger.* clematitis *Park.* clematitis recta *C.B.* clematitis vulgaris *J. B.* **Creeping Birthwort.** Circa Monſpelium in vineis, foſſis & aggeribus plus ſatis luxuriat. Vineis noſtris maximè infenſa eſt (inquit *D. Magnol.*) ob tetrum odorem, quem vino communicat.

S. Ariſtolochia rotunda altera *P. Bocc. Park.* Cluſii *J. B.* rotunda flo. ex albo purpuraſcente *C. B.* **The other round-rooted Birthwort.** In Sylvula ad radicem montis Madoniæ in Sicilia.

C. Armerius ſimplici flore Pannonicus *Cluſ.* barbatus hortenſis anguſtifolius *C. B.* Armerius anguſtifolius rubens ſimplex *Park.* Betonica coronaria minus latifolia flore profundè diſſecto *J. B.* Armerius ſuaverubens *Ger.* In quibuſdam pratis *Nemethwyar* viciniis.

Armeria prolifera *Ger v* Caryophyllus prolifer. rubra *Ger. v* Caryophyllus Sylv.

Arum venis albis *C. B.* magnum rotundiore folio *Park.* majus Veronenſe *Lob.* Primò in inſulis circa Venetias nobis animadverſum, Novembri adhuc menſe virens, foliis viridibus, vulgaris duplo majoribus, venis albis, poſtea & alibi in Lombardia.

Z. Arundo farcta Rheni Bononienſis Plinio *Zanoni.* Perforatam vocat Zanonius, quoniam non penitus ſolida eſt, & medulla plena.

Z. Arundo farcta vallium Ravennæ *Zanoni.* An Ar. farcta geniculata ſive ſagittalis *C. B.* In Sylvis & vallibus Ravennenſibus.

Aſarum

Asarum *Lob. Ger. C. B. J. B.* vulgare *Park.* Asara-bacca. In Sylvis ad latera montis Juræ qua ascenditur ad verticem *Dole*. In monte Muteto & *Monchenstein* prope Basileam *Cat. Bas.*

Asclepias *Lob.* flore albo *Ger. Park. C. B.* Ascl. seu Vinçetoxicum multis floribus albicantibus *J. B.* Per Germaniam, Italiam, Galliam Narbonensem ad sepes & in dumetis ubique feré. Swallow-wort with a white flower.

M. Asclepias nigro flore *C. B. Ger. Park.* flore nigro quorundam *J. B.* Black-flower'd Swallow-wort. Vidit *D. Magnol* in luco *la Colombiere* & Valena sylva Maio mense cum flore.

Aspalathus secunda Monspeliensis *J. B.* alter Monspeliensis *Park.* Genista-spartium spinosum majus primum seu flore luteo *C. B.* In aridis & sterilibus Saxosis collibus circa Monspelium, Nemausum, & alibi in Gallia Narbonensi.

Asparagus marinus *J. B.* marinus crassiore folio *Park.* marit. crassiore folio *C. B.* palustris *Ger.* ἕλειος seu palustris *Galeno.* Sea or Marsh Sparagus. In palustribus prope marinum Volcarum stagnum non longè à Monspelio. Mihi quidem non visa est hæc planta differre ab Asparago Sativo; at D. Magnol aliter videtur. Licet enim (inquit) ambo circa Aquas mortuas, vulgò *Aigues mortes*, in iisdem fere locis oriantur, istius turiones dulces sunt, maritimi autem amari, folia etiam in isto tenuiora sunt, in maritimo crassiora.

Asparagus petræus sive Corruda *Ger.* petræus sive Corruda aculeata *Park.* Corruda *J. B.* Asparagus foliis acutis *C. B.* Rock or prickly-leaved Asparagus. In Italia ad sepes & in dumetis frequens; nec minùs circa Monspelium in vinearum sepibus.

Asparagus Sylv. aculeatus *Ger.* aculeatus, spinis horridus *C. B.* spinosus, sive Corruda spinis horrida *Park.* Thorny Sparagus. In insula promontorio Pachyno adjacente, & alibi in maritimis Siciliæ.

Aſparagus aculeatus Siculus. Prickly Sparagus of Sicily. Ad mare propè Tauromenium in Sicilia. Hunc in Catal. noſtro exterarum pro Aſparago Sylv. ſpinoſo Cluſii *Ger.* habuimus. Verùm collata planta cum icone & deſcriptione Cluſiana diverſum agnovimus. Deſcriptionem vide in *Hiſt. noſt.*

Aſperula flore cœruleo *Ger. Park.* cœrulea arvenſis *C. B.* Rubia cœrulea erectior elatiorve *J. B.* In monte Saleva inter Segetes, item prope Neapolin Auſtriacam & Monſpelium. Blew Woodruff.

Col. Aſperula verticillata muralis minima *Col.* muralis minima *Park.* verticillata luteola *C. B.* In vetuſtis muris & ſaxoſis locis in caſtro *Villa* dicto, in Valvenſium montibus.

Aſphodelus luteus *Ger. J. B.* lut. minor *Park.* luteus & flore & radice *C. B.* Yellow Aſphodil or Kings-Spear. In inſula ad Promontorium Pachynum & alibi in Sicilia.

† Aſphodelus bulboſus Dodonæi, ſeu Ornithogalum ſpicatum flore virente *J. B.* Aſphodelus bulboſus *Ger.* Ornithogalum anguſtifolium majus, floribus ex albo vireſcentibus *C. B.* Aſphodelus bulboſus Galeni, ſeu Ornithogalum majus flore ſubvireſcente *Park. parad.* Spiked Star of Bethlehem with a greeniſh flower. Inter Segetes unâ circiter leuca à Geneva versùs Salevam montem. Quamvis planta hæc in Anglia oritur, quoniam uno duntaxat quod ſciam in loco, eam omittere nolui.

Aſphodelus major ramoſus flore albo *J. B.* major albus ramoſus *Park.* albus ramoſus mas *C. B.* ramoſus *Ger.* Great white branched Aſphodil. In montibus Meſſanæ imminentibus, atque etiam in collibus ſaxoſis agri Monſpelienſis. *Cat. Rom.*

Aſphodelus minor *Cluſ.* albus non ramoſus *C. B.* non ramoſus *Ger.* Great white Aſphodil or Kings Spear not branched. Circa Syracuſas & alibi obſervavimus. In paucis à præcedente differt, & utrumque eodem titulo comprehendit *P. Magnol.* In Hiſpan. *Cluſ.*

Aſphode-

Aſphodelus minor foliis fiſtuloſis *v.* Phalangium Cretæ Salonenſis. Lancaſtriæ verus *Ger. emac.* v. Pſeudo aſphodelus.

Aſter Atticus Italorum flore purpureo *Park.* Italorum *Lob. Ger.* Atticus cœruleus vulgaris *C. B.* Att. purpureo & albo flore *J. B.* In aſperis Germaniæ collibus circa Rhenum & alibi. Duplex habetur, latifolius & anguſtifolius.

Aſter purpureus montanus *J. B.* Alpinus cœruleo magno flore *Park.* montanus cœruleus magno flore, foliis oblongis *C. B.* Aſter 7. Cluſii *Ger.* Blew mountain Starwort with a large flower. In ſummis jugis montis Juræ, necnon in montibus maximo Carthuſianorum Cœnobio imminentibus.

B. Aſter cœruleus hirſutus Auſtriacus magno flore *C. B. prod.* qui cavendum monet nè cum præcedente confundatur. In Auſtria circa Kremſam.

Aſter Alpinus longifolius flore purpuraſcente nobis. An Aſteri montano purpureo ſimilis *J. B.* Mountain Starwort with a purpliſh flower. In montibus ſylvoſis maximo Carthuſianorum Cœnobio vicinis. Ab aliis ſpeciebus diſtinguitur barbulis florum brevioribus.

Aſter Tripolii flore *C. B.* minor anguſtifolius *Park.* Atticus Monſpelienſis purpureus anguſtioribus foliis *J. B.* minor Narbonenſis, Tripolii flore, Linariæ folio *Lob.* In prato juxta molendinum *Caſtri novi,* inque ſylva Valena, & alibi propè Monſpelium. Auguſto & Septembri menſe flos gravem Croci odorem ſpirat *Botan. Monſp.*

Aſter Atticus *Ger. Cæſ.* Atticus luteus verus *Park.* luteus foliolis ad florem rigidis *C. B.* Chryſanthemum Aſteris facie, foliis circa florem rigidis. *J. B.* Attick yellow Starwort with prickly leaves about the flower. In Italia, Sicilia & Gallia Narbonenſi ubique fere.

Aſter montanus luteus, Salicis glabro folio *C. B.* montanus foliis Salicis *Park. Ger.* Conyza media Monſpelienſis, quibuſdam Aſteris Attici genus, folio glabro rigido *J. B.* In collibus juxta *Caſtelneuf,* & alibi

circa

circa Monſpelium. Eundem obſervavimus in Germania juxta Rhenum ex adverſo Manhemii, & in ſylvis ſupra Neapolin Italiæ versùs Camaldulenſium cœnobium. Aſter Pan. ſalign. foliis 4. Auſtriacus 2. *Cluſ. hiſt.*

Aſter ſupinus *Park.* luteus ſupinus Cluſii *Ger.* luteus ſupinus ſpinoſus *J. B.* perperam ſpinoſum appellat. luteus 12. ſeu ſupinus *C. B.* Dwarf Yellow Starwort. Prope Maſſiliam ad maris litus.

Aſter lanuginoſo folio ſive 5. *Cluſ.* luteus lanuginoſus *Park.* Auſtriacus 5. Cluſii *Ger.* luteus hirſuto Salicis folio *C. B. J. B.* In Germania ad Rhenum; inque Italia ad margines foſſarum inter Liburnum & Piſas, ſemper in aquoſis. V. *Cat. Altd.*

Aſter Pannonicus major ſive 3, Auſtriacus 1. *Cluſ.* luteus major foliis Succiſæ *C. B.* luteus major Auſtriacus *Park.* lut. foliis Succiſæ *Ger.* Great Yellow Auſtrian Starwort, with Devils-bit leaves. In montoſis non ſemel obſervavimus tum in Germania tum in Gallia.

Aſteris altera ſpecies Apula, an Baccharis *Col?* Aſter luteus radice odora *C. B.* Circa Meſſanam Siciliæ collegimus. Conyzæ ſpecies eſt. Cirinolæ in Sylvula prope D. Rocchi ædem, at in monte Maiella copioſiùs.

M. Aſter Atticus luteus montanus villoſus magno flore *C. B.* Aſter montanus alter, folio & caule hirſutis *Ad.* In monte *Capouladou* Junio menſe cum flore reperitur, tum etiam in campeſtribus & ſqualidis montis Lupi. *Bot. Monſp.* Hæc ſpecies Oculus Chriſti dicitur.

Aſter anguſtifolius ſive 6. Auſtriacus 4. *Cluſ.* ſextus Cluſii *Ger.* luteus, Linaria rigido, glabro folio *C. B.* luteus anguſtifolius *Park. J. B.* In umbroſis montium urbi Viennæ vicinorum pratis; in ipſis etiam collibus herboſis, &c.

Z. Aſter Raguſinus Verbaſci foliis *Zanoni.* Locum titulus indicat.

Col. Aſter cernuus *Col.* cernuus Columnæ *Park.* Atticus, foliis circa florem mollibus *C. B.* In monte S. Mariæ Virginis dicto.

Aſter annuus Attico luteo ſimilis, &c. *v.* Chryſanthemum.

M. Aſtra-

M. Aſtragalus Monſpeſſulanus *J. B.* Securidaca minor *Ad.* quoad deſcript. nam icon eſt alterius plantæ. Creſcit ſecus vias, prope *Gigan*, at multo frequentiùs in locis ſiccis, vulgo *Garrigues*, circa Salenovam, & in elato colle dicto *Ferrand.* ad lævam Ladi amnis qua reſpicit Caſtrum novum. *v. Botan. Monſp.*

Aſtragalus Monſpeliano candidior, & Onobrychis quorundam *J. B.* An Aſtragalus V. ſeu villoſus floribus globoſis *C. B?* qui Aſtragalum Monſpelianum Cluſii huc refert. purpureus *Lugd.* In rupibus montis Salevæ Genevam ſpectantibus copioſé.

Aſtragalus quidam montanus vel Onobrychis aliis *J. B* Onobrychis X. ſeu floribus viciæ majoribus cœruleo-, purpuraſcentibus, vel foliis Tragacanthæ *C. B.* Onobrychis 4. Cluſii *Park.* montana 4. Cluſii *Ger.* In altiſſimo vertice montis Juræ *Thuiri* dicto. Synonyma huic plantæ non conveniunt.

M. Aſtragalus incanus Siliqua incurva *Botan. Monſp. C.B. prod.* Sub nomine Onobrychidis incanæ deſcribitur. In via qua itur ad montem Lupi Aprili menſe cum flore reperitur, & abunde etiam inter vicas *Aſſas* & *Fontanes.*

C. Aſtragalus Alpinus Helveticus *C. B.* Alpinus *Park.* 2. *Cluſ.* Aſtragaloides Helvetica *J. B.* In Cantabris Helvetiorum Alpibus, atque etiam Pannonicis *Cluſ.*

Aſtragalus major Fuchſii *v.* Orobus Sylvaticus.

Aſtrantia nigra *Lob.* nigra ſeu Veratrum nigrum Dioſcoridis *Dod. Ger.* Helleborus niger Saniculæ folio major *C. B. Park.* Sanicula fœmina quibuſdam, aliis Helleborus niger *J. B.* In Sylvis quibuſdam non longè à Monachio Bavariæ, necnon in Salevæ pratis montoſis urbi Genevæ vicinis. Baſtard black Hellebore or Black Maſterwort.

Aſtrantia nigra Alpina minima nobis. Helleborus minimus Alpinus Aſtrantiæ flore *Boccon.* In ſummis montium max. Carthuſianorum cœnobio vicinorum jugis. Hanc in Catalogo exterarum pro Helleboro nigro Saniculæ

niculæ foliis minore *C. B. Park.* habui, & an differat specie necne mihi nondum planè satisfit. *v. Hist. nost.*

Atractylis *Lob. Ger.* lutea *C. B.* flore luteo *Park.* vera flore luteo *J. B.* The Distaff-Thistle. In Italia, & Galliæ meridionali parte ad vias, & in agrorum marginibus ubique fere.

M. Atriplex Monspessulana cum pulchris involucris *J. B.* sylv. lappulas habens *C. B. Phyt. Park.* Passim circa Monspelium reperitur, inquit *P. Magnol.*

S. Atriplex minima angustifolia maritima *P. Boccon.* ex Stœchalibus insulis allatam habuit. In Hollandia invenitur & à P. Herman. Atrip. marit. folio integro angustissimo denominatur.

H. Atriplex maritima angustifolia non descr. *Cat. Hol.* An Atriplex angustifolia maritima dentata nostra Hist. p. 193? an eadem præcedenti?

† Atriplex marina *Ger.* maritima *J. B.* maritima laciniata *C. B.* marina repens *Park.* Sea-Orache. In litoribus arenosis maris Mediterranei nusquam non obvia.

Avicularia Sylvii *J. B. v.* Speculum Veneris.

Auricula muris Camerarii *J. B.* Anthyllis leguminosa marina Bætica vel Cretica, sive Auricula muris Camerarii *Park.* Loto affinis 4. seu hirsutis circinatis siliquis *C. B.* In insula ad Promontorium Pachynum ubi Arx præsidio Hispanico tenetur.

Auricula ursi flore purpureo *Ger.* A. U. sive Primula Veris Alpina flore rubente *J. B.* Sanicula Alpina purpurea *C. B.* Primò invenimus in Alpibus non longè à *Pontieba* vico, qui ab ea parte limes est ditionis Venetianæ: postea etiam in clivis maritimis Regni Neapolitani; tandem in Alpibus *Chambery* inter & max. Carthusianorum cœnobium.

C. Auricula ursi flore luteo *J. B. Ger.* ursi lutea *Park.* Sanicula Alpina lutea *J. B.* Yellow Bears-Ears or Oricola's. In Sneberg, Neuberg, Etscher, aliisque vicinis Austriæ & Stiriæ Alpibus.

C. Auricula ursi carnei coloris, foliis minimè serratis *J. B* ursi 4. *Clus.* Sanicula Alpina rubescens folio non serrato *C. B.* In Sneberg reliquisque vicinis jugis & Stiriæ Alpibus frequens.

C. Au-

C. Auricula ursi angustifolia, colore rubente *J. B.* ursi 7. *Clus.* Sanicula Alpina angustifolia *C. B.* In quibusdam Stiriæ & Carinthiæ Alpibus, præsertim Tauro monte & Judenberg jugis.

C. Auricula ursi minima flore carneo & niveo *J. B.* ursi 8. minima *Clus.* ursi minima alba *Park.* Sanicula Alpina minima crenata *C. B.* item Alpina minima nivea *ejusdem.* In summo Sneberg jugo, inque Tauro & Judenberg montibus.

B. Atriplex sylvestris fructu compresso roseo vel stellato *C. B.* Monspessuli circa mœnia collegit *C.B. v. Hist. nost.* p. 192.

B.

BArba capræ floribus oblongis, Melandryon Plinii *C. B.* Barba capri *J. B. Ger. emac.* Ulmaria major seu altera *Park.* Prope Genevam *à la Bastie.* Invenimus & in Helvetia non longè à Scœphusia,

Balsamita *v.* Ageratum.

Barba Jovis frutex *C. B. Clus. Park.* &c. Jovis barba pulchrè lucens *J. B.* The Silver Shrub called Jupiters Beard. In clivis maritimis Etruriæ & Regni Neapolitani copiosé.

Bellis sylvatica *J. B.* media Sylvestris *Ger.* Sylv. media, caule carens *C. B.* In montibus circa Genevam. The middle wild Daisie.

M. Bellis montana folio obtuso crenato *C. B. Park.* Monspelio habuit *C. B.* versùs *Vigan*, &c. at *D. Magnol* in descensu montis *Capouladou à las Cambrettes* inter rupes umbrosas.

M. Bellis montana minor *J. B.* quæ de hac planta habet D. Magnol in *Botan. Monsp.* vel in Hist. nostra vide.

M. Bellis montana gramineis foliis *Bot. Monsp. App.* ubi & descriptionem vide. In planitie montis *Serane* oritur, & Maio floret. T. Bel-

T. Bellis minima annua *Triumfetti*. In locis Romæ vicinis, præſertim aridis & incultis, & arvis reſtibilibus mira fœcunditate luxuriat, Februario & Martio florens, brevique ex toto deperditur.

B. Bellis Alpina minor *C. B. prod.* rigido folio *Park.* In Valeſia ſupra *Gemme* & ſupra Thermas fabarias.

B. Bellis montana major folio acuto *C. B. Park.* Bellidis Alpinæ alia ſpecies minor, folio non rigido *J. B.* In montibus Euganeis.

B. Bellis maritima foliis Agerati *C. B. Park.* In inſulis Stœchadibus in arenoſis. *Burſerus.*

Bellis Alpina major folio rigido *C. B. Park.* Great Mountain Daiſie, or Ox-Eye with a ſtiff Leaf. In ſummis jugis montis Juræ copioſé.

Bellis cœrulea Monſpeliaca *Ger.* cœrulea II. ſive caule folioſo *C. B.* Aphyllanthes Anguillaræ, ſive Globularia Bellidi ſimilis *J. B.* Globularia Monſpelienſium, Bellis cœrulea *Park.* Circa Monſpelium plurimis in locis, quin & ad radices montium Juræ & Salevæ propè Genevam, & alibi tum in Italia, tum etiam in Germania.

Bellis cœrulea caule nudo *C. B.* Blue Globular Daiſie with a naked Stalk. In Sylvis & montibus max. Carthuſianorum cœnobio vicinis. Hæc priore elatior eſt, foliis anguſtioribus longioribuſque caule prorſus nudo; & ab eadem ſpecie diverſa, quicquid *J. B.* repugnat.

Beta Cretica ſpinoſa *Park.* Cretica ſemine ſpinoſo *J. B.* ſemine aculeato *Ger.* minor V. ſeu Cretica ſemine aculeato *C. B.* In inſula ad Promontorium Pachynum Siciliæ. Beet with prickly Seed.

A. Betonica major ramoſa, Mauritiana dicenda *Cat. Ald.* In adſcenſu ad Mauritii montem versùs Meridiem, & in pratis versùs Septentrionem *gegen Schonberg.* Men. Junio & deinceps.

C. Betonica flore albo *Cluſ. J. B. C. B. Ger. Park.* In aſcenſu montis *Neuberg.* Etſcheri jugis, ſed omnium abundantiſſime ſupra *Zeehof* ultra Gamingam quà iter eſt in Herrenalben & Durrenſtein. Adeò in paucis differt à vulgari Betonica, ut ſpecie diſtinctam vix putem.

Biſtorta

Biſtorta Alpina media *C. B.* minor Alpina *Park.* minor ſeu Alpina *Cam.* in *Matth.* **The middle ſort of Biſtort or Snakeweed.** In herboſis jugis montis Juræ circa *Thuiri.* Biſtorta noſtrate minore Weſtmorlandica omnibus partibus major eſt, & ab ea ſpecie diſtincta.

B. Biſtorta Alpina maxima *C. B. prod.* In altiſſimis Sileſiorum montibus, ut in Sudetorum jugis.

Betonica Alpina hirſuta lutea Hormini foliis. In montibus max. Carthuſianorum cœnobio imminentibus collegimus. Deſcriptionem vid. Hiſt. noſt. p. 547.

Blattaria lutea *J. B.* lutea minor ſeu vulgaris *Park.* lutea folio longo laciniato *C. B.* flore luteo *Ger.* **Yellow Moth-mullein.** Variis in locis hanc obſervavimus tam in Germania quàm Italia & Gallia Narbonenſi. Solo floris colore, à ſatione orto, differt ab hac Blattaria flore albo; ſiquidem ex ſemine hujus ſato oritur, ut in hortulo noſtro Cantabrigiæ ſæpius experti ſumus. In *Cat. Rom.* invenitur.

Blitum rubrum majus *C. B. Ger.* pulchrum, rectum, magnum rubrum *J.B.* **Great red Blite.** In hortis oleraceis circa Monſpelium & alibi, ſpontène an ſatum neſcio.

Blitum rubrum minus an album minus *J. B. C. B. Ger.* minus Sylv. rubrum *Park.* **Small red or white Blite.** In vineis, hortis & fimetis circa Monſpelium & alibi. Quomodo, & an omnino ſpecie differant Blitum rubrum minus & album minus, mihi non ſatis conſtat. Quod in Germania circa Baſileam & alibi tam copioſè provenit, videtur eſſe album minus: quamvis *C. B.* in Catalogo Baſil. utrumque ponit.

Botrys *Ger.* vulgaris *Park.* Ambroſioides vulgaris *C. B.* Botrys pleriſque Botanicis *J. B.* **Oak of Jeruſalem.** In arenoſis circa Rhenum in Calabria, Florentiam in Etruria, & Nemauſum in Gallia Narbonenſi.

Botrys verticillata ſeu Chamædryoides *v.* Chamædrys foliis laciniatis.

Branca urſina *v.* Acanthus Sativus.

Briza monococcos *Ger.* Zea Briza dicta vel monococcos Germanica *C. B.* Zea monococcos, ſive ſimplex, ſive Briza *Park.* Zea monococcos ſeu Briza quibuſ-

dam *J. B.* In Germania Argentoratum inter & Basileam ejus segetes vidimus.

B. Brassica Sylvestris ramosa, tota pene glabra *C. B.* item Sylv. foliis circa radicem Cichoraceis *ejusdem.* Turrita major *Clus.* Turritis major *Ger. Park.* Glastifolia Cichoroides *J. B.* **Great Tower-Mustard.** Ad margines Sylvarum cæduarum post *Brackenfels* Maio. *Cat. Altd.* Circa Basileam in sabuletis ad Rhenum.

S. Brassica Sylvestris Fabariæ foliis. *Paul. Boccone* ad Tauromenium invenit. Non differt à Brassica sylvestri secunda Clusii nisi radice, quæ huic perennis est.

B. Brassica sylvestris Alpina *C. B.* Turritis Alpina *Park.* In montibus Austriæ. *Burserus.* Q. annon eadem sit cum Barbarea murali *J. B.*

A. Brassica campestris albo flore *Clus.* camp. perfoliata flore albo *C. B.* Perfoliata Siliquosa *J. B. Ger.* Siliquosa vulgaris seu Brassica campestris *Park.* **Codded Thorow-wax with a White flower, or Field-Colewort.** In arvis circa Altdorfium Aprili & Maio.

B. Bryonia lævis sive nigra baccifera *C. B.* In Sylva Huningensi arbores scandit, *Cat. Bas.*

Buglossum angustifolium *Lob.* angustifolium minus *C. B.* vulgare angustifolium minus *J. B.* minus sativum *Park.* Ad vias & agrorum margines in Italia, Gallia, Germania. Vulgare angustifolium majus circa Messanam in Sicilia observavi. **Narrow-leaved Buglofs.** Variat flore albo.

H. Buglossum Sylvestre minus alterum & asperius *C. B. Park. Cat. Holl. Commel.*

† Buphthalmum vulgare *Ger.* Dioscoridis *C. B.* Narbonense *Clus.* Matthioli, sive vulgare Millefolii foliis *Park.* Chamæmelum chrysanthemum quorundam *J. B.* Variis Germaniæ in locis, ut v. g. in muris oppidi Bonnæ non procul à Colonia. In Italia circa Florentiam urbem in alveis torrentium. Supra Augustam in dumetis versùs *Rheinfelden. Cat. Basil.* **True Ox-Eye.**

Buphthal-

Buphthalmum Cotulæ folio *C. B.* alterum Cotulæ folio *Park.* tenuifolium folio Millefolii fere *J. B.* Chrysanthemum tenuifolium Bæticum Boelii *Ger.* **Yellow Ox-Eye with Camomile leaves.** In arvis circa portum Liburnum in Italia. Eſt hæc etiam ex ſententia *J. B.* Buphthalmum caule & flore purpuraſcente *C. B.*

T. Buphthalmum Alpinum flore candido *Triumfetti.* In Alpibus Caſtilionenſibus Autumno brevius & non ramoſum; in monte *Cavi* æſtate cubitale & ramoſum.

C. Buphthalmum Dodonæi, aliis conſiligo tenuifolia *J. B.* Bupthalmum ſive Helleborus niger ferulaceus *Ger.* Helleborus niger Ferulaceus *Park.* niger tenuifolius Bupthalmi flore *C. B.* In omnibus apricis collibus, & ſiccioribus gramineis campis, utriuſque Pannoniæ & Auſtriæ vulgaris; Junio & Jul.

Bupleurum folio ſubrotundo ſive vulgatiſſimum *C. B.* Auricula leporis umbellâ luteâ *J. B.* **Round-leaved common Hares-Ear.** Parkinſonus & Gerardus vel hanc ſpeciem omittunt, vel Bupleurum anguſtifolium, minus rectè ut mihi videtur, nuncupant. In Germaniæ & Italiæ montoſis, ad ſepes & in dumetis.

Bupleuron latifolium Monſpelienſe *Ger.*I. ſeu folio rigido *C. B.* latifolium *Park.* Auricula leporis altera ſive rigidior *J. B.* In ſylvis & dumetis circa Monſpelium frequens **Stiff-leaved Hares-Ear.**

Bupleurum anguſtifolium annuum Monſpelienſe nobis & *Magn.* anguſtifolium *Dod.* anguſtifolium Monſpelienſe *Ger.* **Narrow-leaved annual Hares-Ear of Montpelier.** In lapidoſis circa *Mommau*, *la Colombiere & la Valette* Julio & Auguſto menſibus, imo & ſerius floret. Specie differt à ſequente.

Bupleurum minimum ſeu Auricula leporis minima *J. B.* An Bupleurum minimum *Col?* anguſtiſſimo folio *C. B?* **The leaſt Hares-Ear.** Hanc ſpeciem, quamvis in Anglia ſponte oriatur, quia tamen rarior eſt, à *C. B.* autem in *Cat. Baſil. prætерita*, cùm in paſcuis propè Baſileam invenerim, omittere nolui. Inveni etiam circa Monſpelium,

Burſa marina, & Alcyonii genus 4. Dioſcoridis *Cæſ.* Arancio marino *Imper.* Algæ pomum Monſpelienſium *J. B.* Alcyonium XII, ſive Burſa marina Cæſalpini *J. B.* Sea Oranges. Auſtro paulò vehementiùs flante in litore paſſim conſpicitur. *Botan. Monſp.* Ego in litoribus Siciliæ arenoſis inveni.

B. Burſa paſtoris major folio non ſinuato *C.B.* Vid. *C.B. Prod.* ubi deſcribitur. Circa Baſileam.

† Burſa paſtoris major loculo oblongo *C. B.* Draba minima muralis Dioſcoridis *Col.* Thlaſpi Veronicæ folio Monſpelii dicta. *Park.* Locis campeſtribus & ſiccioribus ad Birſam, & circa D. Jacobum, & ſupra *Bruglingen* in collibus, & Rheni ripa. Differt à Paronychia vulgari & *Lob.* foliis & caule majoribus, fructu verò minore, ſicuti & flore; & etiam petiolis: nec ità in campeſtribus pratenſibuſque locis, ſed parietinis ſaxíſque humentibus frequens frigidioribus. Sapor acris admodum etiam virentis in flore & ſemine. *Col.* Nos medio circiter itinere inter Lucam & Piſas ad ſepes obſervavimus. Invenitur etiam in Anglia.

B. Burſa paſtoris Alpina hirſuta *C. B. prod.* In Alpibus Helvetiorum, ut monte *Fracto* & *Spliegel.*

C.

CAcalia quibuſdam *J. B.* folio glabro *Ger.* glabro folio acuminato *Park.* III. ſeu foliis cutaneis acutioribus & glabris *C.B.* Smooth-leaved Mountain Coltsfoot. In ſylvoſis montium Juræ & Salevæ prope Genevam.

C. Cacalia incano folio *Ger.* folio rotundo incano *Park.* foliis craſſis hirſutis *C. B.* Cacalia quibuſdam *J. B.* In omnibus Auſtriacis Stiriaciſque jugis, ad ſylvarum margines inter frutices & umbroſis locis.

Cacubalum *Plinii v.* Alſine baccifera.

Calamintha montana præſtantior *Lob. Ger. Park.* Montana, flore magno ex calyce longo *J. B.* magno flore

C. B.

C. B. **Fair-flower'd Mountain Calamint.** In montibus prope max. Carthusianorum cœnobium. Invenimus & in montosis Etruriæ sylvis.

Calamintha montana Acini aut Serpylli foliis. Calaminthæ clinopodii Austriaci foliis, odore Pulegii icon apud *D. Plukenet*, Phytograph. p. 3. huic convenit, nisi quod marginibus prorsus æqualibus pingatur. Invenimus hanc inter plantas nostras siccas, ubi collectam non recordamur.

C. Caltha palustris flore pleno *Clus. hist.* In Salzburgensibus pratis copiosè. Hanc quamvis pro distincta specie non habeo,quia tamen insignis est varietas omittere nolui, præsertim cùm copiosè ibidem provenire dicatur.

Caltha arvensis *C. B.* simplici flore *J. B.* Calendula simplici flore *Ger.* **Small wild Marigold.** An Caltha minima *J. B ?* Circa Monspelium, Liburnum, &c. ad agrorum margines & inter segetes passim.

Campanula arvensis erecta, &c. *C. B. v.* Speculum Veneris.

Campanula minor rotundifolia Alpina *C. B.* **Round-leaved mountain Bell-flower.** In Alpibus Stiriacis & Carinthiacis. Hujus folia ex rotunditate oblonga sunt & serrata, eo ferè modo quo Saniculæ Alpinæ guttatæ. In monte *Wasserfal*, & circa Castrum *Ramstein* Basiliensium. *Cat. Basil.*

B. Campanula Alpina latifolia flore pullo *C. B. prod. Park.* In Alpibus Austriacis, ut *Sneeberg* & aliis *Bursen.*

B. Campanula rotundifolia minima *C. B. prod.* In Rhætorum Alpibus inter saxa.

B. Campanula Serpyllifolia *C. B. Park.* Serpyllifolia Jo. Bauhini *J. B.* In Baldo cum floribus legit *C. B.* in Rhætia æstate florentem *J. B.*

B. Campanula foliis subrotundis *C. B.* Trachelium foliis subrotundis *Park.* Helmstadio missa fuit à Sigefrido.

B. Campanula Drabæ minoris foliis *C. B. Park.* In pratis circa Vallesianorum thermas.

B. Campanula foliis Echii floribus villosis *C. B.* Trachelium foliis Echii *Park.* In Baldo & Helvetiorum Alpibus Gothardo & Monte fracto.

Col. Campanula Alpina Tragopogi folio *C. B.* Trachelium Tragopogi folio *Cluſ.* Tragopogi folio montanum F. Columnæ *J. B. Park.* In D. Mariæ Virginis monte ſic vulgò dicto. *Col.*

S. Campanula rotundifolia Caetana longiùs radicata *Boccon.* E rimis ſaxorum prope Catanam erumpentem invenit *D. Boccone.*

Campanula minor foliis Violæ foliorum æmulis, flore cœruleo. **Blew Bell-flower with Violet leaves.** In inſula parva ad Prom. Siciliæ Pachynum.

Campanula minor folio rotundo, flore cœruleo, pentagono grandi. In clivis maritimis Regni Neapolitani. Alicubi hirſuta eſt, alibi glabra.

Ledum Alpinum hirſutum *C.B.* Alpinum, ſive Roſa Alpina *Park.* Nerium Alpinum quibuſdam, aliis Ledum hirſutum *J. B.* Ciſtus ledum Alpinum Cluſii *Ger.* In præruptis Alpium ſcopulis prope Pontebam oppidum, quod Imperiale & Venetianum territorium diſterminat, nobis obſervatum.

Ledum Alpinum foliis ferrea rubigine nigricantibus *C. B.* Nerium Alpinum quibuſdam, aliis Ledum glabrum *J. B.* Led. Alp. ſive Roſa Alpina *Park.* Chamærhododendros Alpigena *Ger.* In ſummis jugis montis Juræ prope Genevam, inque Alpibus Rhæticis.

Ledum Alpinum hirſutum pumilum pro Chamæciſti ſpecie habitum. Ciſtus pumilus montis Baldi, forte Auſtriacus myrtifolius *J. B.* Chamæciſtus hirſuta *C. B.* Ciſtus humilis Auſtriaca Cluſii *Ger.* Chamæciſtus hirſutus *Park.* Eiſdem in rupibus cum prima ſpecie invenimus.

M. Lenticula paluſtris bifolia fructu tetragono *C. B.* In rivulo circa *Lunel* propè molendinum invenit *D. Magnol.*

M. Lenticula paluſtris latifolia punctata *C. B.* paluſtris Patavina *J. B* In paludibus Laterenſibus versùs locum dictum *Maupas.* In foſſis Patavinis aquis innatat.

H. Lenticula paluſtris major *Cat. Holl. Commel.*

Lentiſcus *Lob. Ger. Park. J. B,* vulgaris *C. B.* The Mastick-tree. In ſaxoſis collibus Italiæ, Siciliæ & Narbonenſis Galliæ, ubi nunquam (quod equidem viderim aut audiverim) juſtam arboris ſtaturam & magnitudinem aſſequitur, ſed frutex ſemper perdurat; quamvis alibi, teſte Bellonio aliiſque, in arborem ſatis proceram adoleſcat.

Lepidum annuum *Ger. Park.* II. ſive glaſtifolium *C. B.* non repens *J. B.* Annual Dittander, or Pepperwort. In agris prope Ratiſponam, ubi & Fœnugræcum aut ſatum aut ſponte provenit.

Lepidum Dentellaria dictum *v.* Plumbago.

Leucoium bulboſum præcox Byzantinum Cluſii *Ger. emac. J. B.* bulb. præc. minus Byzantinum *Park.* bulboſum trifolium majus *C. B.* E monte Virgineo prope Neapolin erutus *Imper.*

• Leucoium bulboſum vernum minimum *Cluſ. Park.* bulboſum tenuifolium minimum *C. B.* A *Nic. le Quelt* habuit Cluſius, qui (ut veriſimile) ex Hiſpania attulit.

Col. Leucoium terreſtre majus frigidarum regionum *Col.* luteum Erucæ folio *C. B. Park.* Inter ſaxa vallis Campoclarenſium ſupra locum vulgò dictum *il Colle di Mez,* locis umbroſis humentibus & frigidis.

Leucoium bulbosum præcox minus *Ger.* bulbosum minus triphyllum *J. B.* **Snow-drops, or early bulbous Violet.** In convallibus Alpium via qua Bassano Tridentum itur, & alibi copiose.

Leucoium bulbosum vulgare *C. B.* bulbosum hexaphyllum cum unico flore rariùs bino *J. B.* bulbosum serotinum *Ger.* **Common bulbous Violet.** In umbrosis pascuis Helvetiæ pluribus in locis, quin & in Italia prope Taurinum sylvis montosis, iténque circa Tridentum in Alpibus.

Leucoium bulbosum majus polyanthemum *Ger.* Leuconarcisso-lirion pratense *Lob.* Leucoium bulb. polyanthemum tardiùs florens, floribus minoribus *J. B.* majus sive multiflorum, quod aliqui Acrocorion Plinii statuunt. *C. B.* In palustribus prope Pisas copiosé. Reperitur etiam circa Monspelium in pratis. *v. Bot. Monsp.*

M. Leucoium maritimum latifolium *C. B.* marinum latifolium *Ger. Park.* maritimum latifolium flore cœruleo purpurante *J. B.* In declivibus montis *Capouladou*, inter rupes primo vere floret, & in loco dicto *las Cambrettes. Magnol.*

C. Leucoium sylvestre *Ger.* luteum sylvestre Clusii *J. B.* Keiri seu Leucoium sylv. Clusii *Park.* Leucoium luteum sylvestre angustifolium *C. B.* In montibus illis supra Badenses thermas, & in Leytenberg, salebrosis & meridiei obversis locis.

Leucoium martimum angustifolium *C. B. J. B.* marinum minus *Park.* marinum minus Lobelii & Clusii *Ger.* **Narrow-leaved Sea Stock-July-flower.** In arenosis maris Mediterranei litoribus prope Frontignanam.

S. Leucoium Gallicum folio Halimi *Boccon.* qui locum non meminit.

B. Leucoium maritimum minimum *C. B. Prod.* In litore maris prope Terracinum.

H. Levisticum vulgare *Ger. Park.* Ligusticum vulgare foliis Apii *J. B.* vulgare, an Libanotis fertilis Theophrasti *C. B.* **Lovage.** In *D. Commelini* Catalogo Indigenarum Hollandiæ invenio.

Leucoium spinosum *v.* Thlaspi spinosum.

Libanotis altera Theophrasti nigra *v.* Saxifragia Venetorum.

Libanotis Theophrasti minor *Park.* latifolia altera sive vulgatior *C. B.* Lib. Theoph. quorundam, sive Seseli Æthiopicum Matthiolo, Cervaria alba *J. B.* In montibus circa Genevam copiosé.

M. Libanotis latifolia Aquilegiæ folio *C. B. Park.* Ligusticum Rauwolfii foliis Aquilegiæ *J. B.* Sub corylis *à la Combe de Leques in monte Serane.* Bot. Monsp.

B. Libanotis latifolia minor semine crispo *C. B. prod.* Ex Italia Costi amari semine crispo nomine allata.

M. Libanotis Cachryophoros quibusdam flore luteo *J. B.* ferulæ folio, sive Cachryfera, sive Cachrys vera *Park.* Ferulæ folio, semine anguloso *C. B.* Libanotis Galeni, Cachrys verior *Ger.* quoad iconem. Propè Monspelium secundùm fluvium *la Mausson,* eundo à ponte dicto *de Saint Jean de Vedas,* ad pontem Villæ novæ ad dextram, in elato colle prope Molendinum dictum *la Tour* Maio mense floret. *Bot. Monsp.*

Col. Lichen alter acaulis ὑποφυλλόκαρπος *Col.* petræus minimus fructu Orobi *C. B.* In muscosis & humidis.

Lichen marinus rotundifolius *Ger. v.* Opuntia marina.

Ligusticum *v* Siler montanum.

Lilium aureum *v.* Martagon Chymistarum.

C. Lilium bulbiferum incanum *J. B. C. B. Park.* 2. *Clus.* cruentum latifolium *Ger.*

C. Lilium bulbiferum minus *C. B. Park.* bulbiferum repens *J. B.* cruentum, secundùm caulem bulbulis donatum *Ger emac.* In montanis Austriæ & Stiriæ pratis utrumque, præcedens tamen rarius.

C. Lilium montanum seu sylvestre minus *Park.* Lilium floribus reflexis alterum lanugine hirsutum *C. B.* montanum seu sylvestre 1. majus *Clus.* Variat interdum flore non inflexo sed surrecto, dilutiùs purpurascente, non maculato; non procul *Maurpach* Austriæ.

C. Lilium

C. Lilium flore nutante albo *J. B.* floribus reflexis albis non punctatis *C. B.* mont. flore albo puro *Clus.* præcedentis varietas esse videtur.

C. Lilium floribus reflexis varium sive tertium *Clus.* humile, flore antequam explicatur foris carneo, cùm explicatur intus albo, notis purpureis insignito. In sylvosis montibus Francofurti, ad septentrionem.

C. Lilium sylv. quartum *Clus.* florib. saturatè purpurascentibus, seriùs florentibus, & odore non insuavi præditis.

Primum & secundum genus *Clus.* eorúmque varietates in umbrosis pratis Leytenberg eorúmque montium qui à *Calenberg* Austriæ ad Alpes usque excurrunt, & in plerisque Stiriæ ac Hungariæ sylvis oritur.

C. Lilium luteum Asphodeli radice *C. B.* Asphodeli radice luteum, sive Liliasphodelus quorundam flore luteo *J. B.* Liliasphodelus *Park.* Lilium non bulbosum Ger. **The day Lilly.** In Ungaria multis uliginosis pratis, non procul ab oppido munitissimo *Nemethwywar.*

Lilium floribus reflexis montanum *C. B.* montanum minus *Ger.* flore nutante ferrugineo majus *J. B.* sylv. secundum minus *Clus.* **Martagon, or Mountain Lilly.** In colle *la Bastie*, & in monte Saleva prope Genevam. Clusius tres habet hujus varietates.

Limonium folio sinuato *Ger.* peregrinum Rauwolfii *Park.* quibusdam rarum *J. B.* peregrinum foliis Asplenii *C. B.* In insula ad Promontorium Pachynum, & ad promontoriolum *Punto Cerciolo* dictum prope castellum *Puzzallu*, utrobique copiosè. *v. Rauwolf. Itinerar.* p. 268.

T. Limonium maritimum majus alterum serotinum Narbonense *Hort. Reg. Par. Schol. Bot.*

Limonium parvum Narbonense Oleæ-folium *Lob.* minus *J. B.* minus maritimum Oleæ folio *C. B.* parvum *Ger.* Narbonense parvum *Park.* **Small Olive-leaved Sea-Lavender.** Ad mare prope Monspelium copiose: invenimus etiam in Etruria circa Liburnum.

Limonium aliud parvum Narbonense floribus majoribus: An Limonium maritimum minus foliolis cordatis *C. B. Park.* Cum priore. *v. Hist. nost.* p. 395.

M. Limonium

M. Limonium ſupinum reticulatum *Bocc.* Prope pagum *Perauls* in paludibus, prope locum dictum *lou Boulidou* cum prima ſpecie mixtum. Ejus ſatis ferax eſt Melita inſula.

M. Limonium annuum minus bullatis foliis vel echioides *Bot. Monſp.* In maritimis montis Ceti, & in ſiccis locis ultra pontem Salenovæ ad dextram.

S. Limonium lignoſum gallas ferens, idémque ſine gallis *Boccon.* Agrigenti locis incultis magna fœcunditate luxuriat: ad Prom. Pachynum in loco *Brazzetto* dicto abſque gallis invenitur. *Bocc.*

S. Limonium marinum fruticoſum hirſutum *Bocc.* In inſula D. Margaretæ, & ſcopulis ad oram maritimam Galloprovinciæ plurimum. Inter rupes montis Ceti juxta mare non hirſutum invenit *Magn.*

M. Limonium parvum Bellidis minoris folio *C. B.* pumilum *Cluſ.* in maritimis verſùs *Perauls* & Magallonam cum aliis permixtum naſcitur.

Linariæ aliquatenus ſimilis folio Bellidis *J. B.* Linaria erecta latifolia 7. ſeu Bellidis folio *C. B.* odorata *Park.* purpurea odorata *Ger.* In agris quibuſdam Lugdunum inter & Gratianopolin, 5 aut 6 leucis à Lugduno. Linariæ ſpecies genuina non eſt.

S. Limonium Siculum folio cordato *Boccon.* Propè Panormum & Auguſtam inveni copioſum, inquit *P. Boccone.* Idem eſſet cum eo quod à C. Bauhino in Prod. deſcribitur, ni obſtaret foliorum longitudo, quæ in hoc notatu digna eſt. *Bocc.*

H. Limonium floſculis elegantiſſimis. *Franc. de Honuphriis.*

Linaria aurea Tragi *Ger.* folioſo capitulo luteo major *C. B.* Heliochryſos Tragi ſive Linaria *J. B.* In montibus prope Ratiſponam & alibi in Germania. Hanc plantam cum Moriſono ad Virgam auream rectiùs retuleris quàm ad Linariam.

Linaria purpurea magna *J. B.* erecta auguſtifolia 10, ſive purpurea major odorata *C. B.* altera purpurea *Ger.* **The greateſt purple Toad-flax.** Circa Neapolin, & ad radices montis Veſuvii. Maxima eſt omnium quotquot hactenus novimus Linariarum, flore parvo intensè purpureo.

Linaria

Linaria graminea floribus congestis purpureis. Lin. cœrulea calcaribus longis *J.B.* In pascuis ad radices montis Vesuvii copiosé. Altitudo ei dodrantalis, folia graminea, flores in summo caule densé stipati velut in brevi spica. Q. an ab hac diversa sit?

M. Linaria annua purpuro-violacea calcaribus longis *Magn.* foliis imis rotundioribus *D. Pelissérii Lob. Illustr.* cujus figura habetur in *Bot. Monsp.* descriptio in *Lob. Illust.* In herbidis satorum marginibus intra lucum Gramuntium sitis Maio mense florentem vidit *P. Magnol.* Linaria minor cœrulea erecta *Park.*

† Linaria odorata Monspessulana *J. B.* erecta angustifolia 11, sive capillaceo folio odora *C. B.* caryophyllata albicans *Park.* Circa Monspelium ubique.

Linaria Monspessulana odorata minor cœrulea *J. B.* arvensis cœrulea erecta *C. B. prod* Prope portum Cetium in arvis Aprili & Maio *Magn.* Q. quid differat à præcedente?

Col. Linaria triphylla cœrulea *C. B.* cœrulea Apula triphylla *Col. Park.* Cirinolanis agris pratensibus incultis obvia.

Linaria purpurea parva foliis dispositis *J. B.* pumila seu repens 4. sive cœrulea repens *C. B. Park.* Moravica 2. *Clus.* purpuro-cœrulea repens *Ger.* In alveis fluviorum & torrentum Alpestrium. *Cat. Corn.*

Linaria quadrifolia supina *C. B. Ger. emac.* quadrifolia Alpina *Park.* purpurea parva *C. B.* 3. Stiriaca *Clus.* In Alpium præruptis per Stiriam & Carinthiam, inque monte Jura observavimus. Flores (ut rectè Clusius) elegantissimo colore prædiri sunt ex violaceo quodammodo purpurascente, labro inferiore ubi hiat, aut diducto rictu aperitur, planè aureo.

C. Linaria Pannonica flore luteo minore quàm in vulgari *J. B.* Pannonica major *Park.* flore pallido, rictu aureo *C. B.* Pannonica 1. *Clus.* In montium declivibus supra Posonium ad Danubium, &c.

T. Linaria annua angustifolia flosculis albis longiùs caudatis *Triumf.* Romæ prope Farnesianos colles, non longè ab eo situ quo meridiem respiciunt.

Linaria

Linaria lutea parva annua *J. B.* pumila, foliis carnosis, flosculis minimis flavis *C. B.* lutea Moravica Clusii *Park.* In sterilibus locis circa Boutonetum, Sellam novam, *la Colombiere* aliisque Maio mense floret. Hanc nos esse putamus quam in monte Lupi invenimus Autumno florentem. Quam D. Magnol pro Linaria pumila Hispanica *Park.* supina lutea *C. B.* habet.

Linaria pusilla procumbens latifolia, flore pallido, rictu luteo, longissimis calcaribus. Hanc Messanæ in vineis & hortis frequentem observavimus Maio & Junio cum flore.

Linaria angustifolia vulgari similis flore luteo. Hanc Messanæ vidimus in Lingula illa fretum Siculum inter & portum Zanclæum.

S. Linaria Sicula multicaulis Molluginis folio *Bocconi.* An Lin. tetraphylla lutea minor *Col?* An Cretica angustifolia *Clus?* Panormi tota æstate floret, & alibi etiam in Sicilia copiose.

S. Linaria latifolia triphylla Sicula *Boccon.* Floret æstate in montibus Hyblæis circa Syracusas, & alibi illic passim reperitur.

S. Linaria pumila triphylla Sicula *Boccon.* Ad montes Hyblæos in oppido Melilli nascitur.

B. Linaria lutea montana Genistæ tinctoriæ folio *C. B. pin.* Ad montem S. Bernhardi floribus aureis mediæ magnitudinis reperitur.

Col. Linum luteum ad singula genicula floridum *C. B.* luteum sylv. latifolium *Col.*

Linum luteum Narbonense *J. B.* marinum luteum *Ger.* maritimum luteum *C. B.* sylv. angustifolium luteum *Park.* Yellow wild Flax. Inter Monspelium & Sellam novam. Floret Septembri. Hujus varietatem duplo grandiorem invenimus ad mare, quam tamen specie differre non existimo. Folia nempe, caules, capitula, semina utrique eadem.

M. Linum sylvestre minus flore luteo *C. B.* Linum sylv. montanum, Chamælinum *Clus.* Chamælinum perpusillum *Ger.* Linum pumilum foliis semper binis, albo flore vel luteo pallente *J. B.* Pedale & erectum vidit *D. Magnol* in herbidis montis *Capouladou,* juxta fluvium *Herau,*

Herau, Julio menſe florens. Folia anguſtiſſima habet, flores velut in umbella diſpoſitos, luteos parvos. In herboſis collibus & montanis Auſtriæ & Stiriæ. *Cluſ.*

M. Linum ſylveſtre floribus albis *Lob. Ger.* ſylv. 5. anguſtifolium 2. *Cluſ.* ſylveſtre anguſtifolium flore magno *C.B.* ſylv. ang. cœruleo vel albo flore magno *Park.* White-flower'd wild Flax. Junio & Julio menſibus copioſum reperit *D. Magnol.* cum flore in ſterilibus herbidis circa *S. Martin* versùs montem *Lupi.*

C. Linum ſylveſtre latifolium hirſutum cœruleum *C. B.* ſylv latif. hirſ. flore cœruleo *J. B.* ſylv. latifolium *Ger.* ſylv. latifolium cœruleum *Park.* ſylv. latif. 1. *Cluſ.* Multis Pannoniæ ſuperioris & Auſtriæ inferioris locis editioribus & ſiccioribus, gramineis tamen.

C. Linum ſylv. latif. hirſutum candidum, venis in umbilico purpureis *C. B.* ſylv. latif. lanuginoſum, flore candido, purpureis lineis ſtriato *J. B.* ſylv. album purpureis venis *Park.* ſylv. latifolium 2. *Cluſ.* Apud Colibriam Luſitaniæ urbem hanc tantùm invenit Cluſius.

C. Linum latifolium luteum *J. B.* ſylv. latifolium luteum *Park. C. B.* ſylv. 3. latifolium *Cluſ.* ſylv. latif. 3. Cluſii *Ger. emac.* In monte Badenſibus Auſtriæ thermis imminente, locíſque vicinis gramineis.

C. Linum ſylv. 4. anguſtifolium *Cluſ.* Lino ſylveſtri cœruleo perenni noſtrati idem videtur.

C. Linum ſylv. 6. anguſtifolium *Cluſ.* in anteriore Madritianæ ſylvæ parte ſecundo ab urbe Lutetiæ lapide inventum, idem eſſe putamus cum eo quod in Cornubiæ paſcuis prope oppidum Truro & *S. Ives* copiosè provenit.

Linum ſylveſtre luteum foliis ſubrotundis *C. B.* item Rapunculus nemoroſus anguſtifolius parvo flore *ejuſdem.* Linifolia Campanula lutea *J. B.* Campanula lutea linifolia *Ger Park.* linifolia lutea montis Lupi flore Volubilis *Lob.* In devexis montis Lupi, qua ad Septentrionem vergit. *Lob.* Latioribus foliis in devexis montis *Capouladou Magnol.*

M. Linum

M. Linum ſylveſtre cœruleum folio acuto *C. B. prod.* ſylv. anguſtifolium cœruleo amplo flore *Bot. Monſp.* Variis in locis ſterilibus circa Monſpelium Junio menſe cum flore reperitur, ſed præcipue in via quà itur *Grabels*, propè prædium dictum *la Tevilliere de Maſſanes.*

M. Linum minimum ſtellatum *C. B. prod.* Monſpeſſuli in Gramuntio & Boutoneto provenit vere florens.

Linum ſylveſtre latifolium, caule viſcoſo, flore rubro *C. B.* ſylv. latif. flore rubro *Park.* In planitie quadam prope Auguſtam Vindelicorum, per quam Monachium Bavariæ iter eſt. Auguſto menſe adhuc florentem invenimus. Deſcriptionem *v. Hiſt. noſt* p. 1074.

Lithoſpermum Linariæ folio *C. B. v.* Paſſerina.

Lithoſpermum umbellatum latifolium *Boccon.* Ad Panormum in cautibus montis Peregrini gignitur. Accedit tum figura tum deſcriptio ad Mithoſpermum majus *Dod.*

Lonchitis aſpera Maranthæ *J. B. Park. Ger.* altera Maranthæ *Cluſ.* folio Ceterach *C. B.* In Stiriacarum Alpium jugis, locis editis & ſalebroſis.

Lonchitis aſpera *C. B.* aſpera major *Ger.* aſp. major Matthioli *Park.* altera cum folio denticulato, ſive Monchitis altera Matthioli *J. B.* In ſummis rupibus montis Juræ.

Lotus arbor *Lob. Ger.* Larbor fructu Ceraſi *J. B.* Lotus fructu Ceraſi *C. B.* The Nettle-tree. In Italia circa Romam, & Gallia Narbonenſi circa Monſpelium.

H. Lotus hortenſis odora *C. B.* ſativa odorata annua *J. B.* Trifolium odoratum *Dod. Ger. Park.* Hanc in Cat. Holl. Commelini invenio.

B. Lotus pentaphyllos minor hirſutus, ſiliquâ anguſtiſſimâ *C. B.* Monſpeſſuli in ſylvulis & pratis inter montem Lupi & Calcaris.

B. Lotus pentaph. fruteſcens, tenuiſſimis glabris foliis *C. B.* Monſpelio & ex Italia habuit.

Lotus quadripinnatis ſiliquis *Park.* ſiliquâ quadratâ *Ger.* ruber, ſiliquâ angulosâ *C. B.* flore fuſco tetragonolobus *J. B.* In Sicilia prope Meſſanam in olivetis, Anglicis

Anglicis Herbariis ineptè **Square-codded Vetch** dicitur.

Lotus ſiliquoſa lutea Monſpelienſis *J. B.* pratenſis ſiliquoſus luteus *C. B.* Circa Genevam & Monſpeſſulum copioſé, item in pratis ad Tybridis fluvii oſtia. Lotus pratenſis Monſpelienſium *Park.*

Lotus lutea ſiliquis pinnatis ſtrictioribus & longioribus. An L. maritima lutea ſiliquoſa, folio pingui glabro *Magnol?* In Italia propè Tybridis fluvii oſtia. *V. Bot. Monſp.*

Lotus edulis Cretica *Park.* pentaphyllos ſiliquâ cornutâ *C. B.* Trifolium ſive Lotus *Hierazune* edulis ſiliquoſa *J. B.* Trifolium corniculatum Creticum *Alpin. exot.* huc refero. Primò obſervavi in Italia prope Neapolin, poſtea in Sicilia.

Lotus ſiliquis Ornithopodii *J. B. C. B.* An ſylveſtris Cretica *Park?* Circa Meſſanam Siciliæ ad latera montium urbi imminentium, & in inſula ad Prom. Pachynum.

Lotus flore luteo corniculis tenuibus contortis articulatis. An Trifolium Scorpioides *Park?* Ad *Punto Cerciolo*, non longè à caſtello *Puzzallu* in Sicilia.

Lotus ſiliquis rectis incana major. Prope Neapolin è petrarum rimis exit. An Lotus pentaphyllos major alter *C. B?*

Lotus corniculata ſiliquis ſingularibus vel binis tenuis *J. B.* corniculatus minor piloſus *C.B. Park.* pentaphyllos minor hirſutus, ſiliquâ anguſtiſſimâ *C. B.* Prope Neapolin in Italia collegimus: invenitur & in Gallia Narbonenſi.

Lotus Libyca Dalechampii *Lugd.* ſiliquoſus glaber flore rotundo *C. B.* Trifolium hæmorrhoidale minus, ſive Lotus Libyca Dalechampii *Park.* Trif. rectum Monſpeſſulanum *J. B.* Oxytriphyllum Scribonii Largi *Cluſ. hiſt.* huic idem videtur. Ad rivos & in locis humidis circa Meſſanam Siciliæ, Tropiam Calabriæ, & Monſpelium Galliæ Narbonenſis.

Lotus pentaphyllos ſiliquoſus villoſus *C. B.* incana ſive Oxytriphyllum Scribonii Largi *Ger.* Lotus hæmorrhoidalis major, ſive Trifolium hæmorrhoidale majus *Park.*

Park. Trifolium album rectum, hirſutum valdè *J. B.* Prope Monſpelium eundo ad *Perauls* vicum maritimum. Prope Meſſanam major habetur & lignoſior. *D. Magnol* in Valena ſylva ſe bicubitalem & tricubitalem obſervâſſe ſcribit. *Bot. Monſp.*

Lotus pentaphyllos veſicaria *C. B.* Anthyllis leguminoſa veſicaria Hiſpanica *Park.* idonea ſanè appellatione, Trifolium halicacabum ſive veſicarium *J. B.* perperam. Circa Meſſanam & alibi non in Sicilia modo, ſed & in Italia. *Cat. Rom.* In collibus Farneſianis.

Loto affinis *v.* Anthyllis & Auricula muris.

Lunaria radiata Robini *J. B. v.* Securidaca peltata *v.* Thlaſpi clypeatum minus, biſcutata *v.* Thlaſpi clypeatum.

Lupinus ſativus flore albo *C. B.* ſativus albus *Park.* vulgaris flore & ſemine albo ſativus *J. B.* White Lupine. In Italia prope Liburnum portum, & alibi ſatum vidimus.

Lupinus ſylveſtris flore cœruleo *C. B.* flore cœruleo *Ger.* ſylv. purpureo flore, ſemine rotundo vario *J. B.* In Sicilia circa Meſſanam ſponte & copioſè provenit; variis etiam in locis circa Monſpelium in ſatis. *v. Bot. Monſp.* Duplex eſt ſemine majore & minore; uterque iiſdem in locis naſcens.

M. Lupinus flore purpuraſcente latifolius hirſutus *C. B. in Matth.* In ſatis in luco Gramuntio ſitis, & in aliis circumpoſitis. *Bot. Monſp.*

Lupinus flore luteo *Ger. Park.* Yellow Lupine. ſylveſtris luteo flore, ſemine compreſſo vario *J. B.* In arenoſis ad Fretum Siculum inter Meſſanam urbem & Pharum Meſſanenſem copioſé. Aiunt & circa Monſpelium inveniri in ſatis & cultis.

A. Lunaria botryitis πηγανόφυλλος Jungermanni *Cat. Altd.* minor rutaceo folio *C. B.* A vulgari Lunaria minore in eo tantùm differt, quòd folia habeat tenuiùs inciſa & Rutæ modo diviſa. Via quæ Noribergam ducit nonnunquam ſed rariùs occurrit. *Cat. Altd.*

Lychnis coronaria vulgo *J. B.* coronaria ſylveſtris *C. B.* coronaria vulgaris *Park.* coronaria rubra *Ger.* Common Roſe-Campion. In Italia paſſim, ubi & flore albo medio incarnato reperitur.

Lychnis erecta parva, folio longo angustissimo, flore rubello. Inter segetes Lini vidimus, medio quasi itinere inter Massam & Lucam.

Lychnis minima rigida Cherleri *J. B.* In collibus propè Florentiam. Apud alios Botanicos in Catalogo exterarum nullam hujus quod scirem mentionem factam scripsi: Verùm *P. Magnol* Lychnidem sylvestrem minimam exiguo flore *C. B.* ejus Synonymam facit, & prope Boutonetum aliisque plurimis sterilibus in locis circa Monspelium reperiri vere cum flore scribit.

C. Lychnis sylv. pluribus foliis simul junctis *C. B.* sylv. angustifolia *Park.* sylv. foliis angustis & pluribus è geniculis singulis, Clusio 1. in Hisp. 8. in Hist. *J. B.* sylv. 8. Clusii *Ger.* In cæduis sylvis, & ad agrorum margines per universam Austriam infra Anisum, &c. abunde etiam sylvis Francofurto vicinis.

C. Lychnis viscosa alba angustifolia major *C. B.* repens folio viridi, flore albo Clusii *J. B.* Caryophyllus humilis flore candido amœno *Ger. emac.* Ad Stiriacarum Alpium & Snealben supra cœnobium Neuberg radices; abundantiùs tamen in Etschero.

C. Lychnis viscosa alba angustifolia minor *C. B.* Lych. sylv. 10. alia species *Clus.* In scopuloso illo præruptóque jugo, Durrenstein vocato, secundo supra Gamingam mill.

Z. Lychnis umbellifera montana Helvetica *Zanoni.* An Lychnis coronaria sylvestris *C. B*? coronaria rure nata *Ad. Lob*?

Col. Lychnis montana flore luteo globoso. Bellis montana flore globoso luteo *C. B.* Globularia lutea montana *Col. Park.* In altissimis montium jugis supra Villam Flaminianum Æquicolorum Materii comitatûs, loco *lo Serrone* dicto herbido & plano.

M. † Lychnis sylvestris alba spicâ reflexâ *Bot. Monsp.* eadem est Lychnidi nostræ flore albo minimo Hist. p. 996, quæ in Anglia inter segetes oritur, variis in locis, éstque à Lychnide hirsuta flore eleganter variegato Hist. p. 997. specie diversa.

M Lychnis

Lychnis ſylveſtris hirta *Lob. Ger.* ſylv. hirta major *Park.* ſylv. lanugine caneſcens, flore majuſculo rubeſcente, Cluſio 5. *J. B.* Circa Neapolin primò, deinde circa Meſſanam.

Lychnis parva, flore rubello, è calice oblongo anguſto, Meſſanenſis. Calice floris prælongo & tenui, flore pulchrè rubello, ejúſque petalis in medio profundè ad unguem ferè fiſſis, ab aliis ſpeciebus diſtinguitur. Juxta Meſſanam in primo montium aſcenſu hanc obſervavimus.

Lychnis ſylveſtris calyculis ſtriatis *Park.* cal. ſtri. 2. Cluſii *Ger.* ſylv. latifolia, calyculis turgidis ſtriatis *C. B.* Muſcipula major, cal. turgido ventricoſo *J. B.* In Germania prope Rhenum in agris copioſé. Reperitur etiam circa Monſpelium in ſatis. *V. Bot. Monſp.*

Lychnis montana viſcoſa alba latifolia *C. B.* An Muſcipula altera flore albo *Park.*? Polemonium petræum Geſneri *J. B.* Genevæ in urbis ipſius muris & in collibus vicinis frequens: in Germaniæ quoque Meridionalibus nuſquam non obvia.

Lychnis viſcoſa purpurea latifolia lævis *C. B.* Muſcipula Lobelii *Ger. Park.* Centaurium minus adulterinum, quibuſdam Lychnidis viſcidæ genus *J. B.* Lobels Catchfly. In agris montoſis propè Rhenum inter ſegetes. Monſpelii ſpontaneam invenit ſolummodo ſub caſtaneis circa *Sumenes* Junio & Julio florentem *P. Magnol.*

M. Lychnis ſylveſtris viſcoſa rubra altera *C. B.* Muſcipula viſcaria ſive Lychnidis ſpecies *J. B.* Lychnis viſcaria ſive Muſcipula *Ger.* Lych. ſylv. rubra minor *Park.* In ſatis circa Monſpelium Maio menſe florentem ſæpe vidit *P. Magnol.*

Lychnis ſylveſtris minima flore muſcoſo *Bot. Monſp.* viſcoſa erecta annua caryophylloides *nobis.* In marginibus Gramuntiæ ſylvæ prope Monſpelium.

Lychnis ſegetum rubra foliis Perfoliatæ *C. B.* Lychnis ſegetum vaccaria rubra dicta *Park.* Vaccaria *J. B. Ger.* Red Corn Campion, by ſome improperly called Cow-Baſil. Inter ſegetes in Germania & Gallia paſſim.

† Lychnis

† Lychnis Alpina pumila folio gramineo, seu Muscus Alpinus Lychnidis flore *C. B.* Caryophyllus pumilio Alpinus vel 9. *Clus. hist.* Muscus floridus *Gesn. ep. & m. fr.* Muscus Alpinus flore insigni dilutè rubente *J. B.* Caryophyllus pumilio Alpinus *Ger. emac.* Ocymoides muscosus Alpinus *Park.* An Gentianella omnium minima *C. B. Park.?* In summis jugis montium altissimorum max. Carthusianorum cœnobio imminentium.

Lychnis Alpina, vel Ocimoides repens montanum *C. B.* Lychnis montana repens *Ger. em.* Ocimoides repens *Park.* Saponaria minor quibusdam *J. B.* In colle *la Bastie* prope Genevam; inque Etruria non procul à Massa, viâ qua inde Lucam itur. Reperitur etiam circa Monspelium multis in locis. *V. Bot. Monsp.*

M. Lychnis sylvestris lanuginosa minor *C. B. Park.* In satis intra lucum Gramuntium sitis, & in aliis multis Maio mense cum flore reperitur. *Bot. Monsp.* L. hirta minima 6. Clusii *Ger.*

S. Lychnis omnium minima ex monte Argentario *Boccon.* In monte Argentario inter saxorum rimas & hiatus frequens pullulat.

Lychnis foliis glabris, calyce duriore *Boccon.* in proclivibus circa Messanam locis copiosè nascitur.

S. Lychnis noctiflora minima flore exiguo *Boccon.* locum non meminit.

Hanc nos variis Siciliæ in locis invenimus & Pseudomelanthium glabrum Siculum denominavimus antequam *Bocconi* Liber editus esset.

M. Lycium Gallicum *J. B.* Paliurus alter peregrinus *Ad.* Lycium latifolium *C. B.* latifolium Monspeliacum *Park.* item Lycium Gallicum Avenionense *ejusdem.* French Fox-thorn. Cum floribus luteis copiosis Maio mense invenit *P. Magnol* in Valena sylva, quà itur ad pagum *Viols*, & in quibusdam Vinearum marginibus ultra Salenovam ad lævam.

Lysimachia lutea in alis foliorum florens *Cæs.* lutea minor *J. B. Ger. Park.* lutea minor, foliis nigris punctis notatis *C. B.* The lesser yellow Willow-herb. In Alpibus Stiriacis.

Lysimachia lutea flore globoso *Ger. Park.* bifolia flore globoso luteo *C. B.* altera lutea Lobelii, flore quasi spicata *J. B.* Globular Yellow Loose-strife or Willow-herb. In fossis palustribus circa *Sevenhuys* in Hollandia.

A. Lysimachia spicata cœrulea *C. B.* cœrul. hortensis *Lob.* cœrulea *Ger. emac.* cœrulea spicata *Park.* Veronica spicata recta profundè serrata, quam Lysimachiam cœruleam quidam vocant *J. B.* Ad pedes Mauritii & in palustribus circa *Weinhoff*, mens. Jul. & Aug. *Cat. Altd.*

C. Lysimachia purpurea 2. sive minor *Clus.* rubra non siliquosa *C. B.* purpurea Pannonica *J. B.* minor rubra sive purpurea *Park.* purpurea minor Clusii *Ger. emac.* In humidis Pannoniæ pratis & Danubii insulis.

Lysimachia siliquosa speciosa *v.* Chamænerion.

Lysimachia Chamænerion dicta Alpina *C. B. prod.* In Alpibus Helvetiorum. Q. quid à Chamænerio *Gesneri* differat.

M.

MAchaleb. *v.* Cerasus sylvestris.

Maiz sive Frumentum Indicum *Ger.* Maiz Frumentum Indicum vel Turcicum vulgare *Park.* Frumentum Indicum *Mays* dictum *C. B.* Triticum Indicum *J. B.* Maiz or Indian or Turkey-Wheat. Seritur nunc dierum non in Italia duntaxat, sed & in Germania.

S. Malva Betonicæ folio *Boccon.* & *Zanon.* In pratis illustrissimæ Gaëtanæ gentis, *Terriccio* dictis circa Pisas invenit *Paul. Boccon.*

S. Malva Sicula foliis moschatis crispis *Boccon.* Ad Agrigentum & Saccam viget plurima, locis argillosis.

Z. Malva altera repens Betonicæ folio *Zanoni.* In plano Grossedæ, eundo ad montem Pescalis in Etruria, & locis vicinis.

Malva

Malva arborea *Park.* *J. B.* arborea, Veneta dicta, parvo flore *C. B.* maritima arborea, Veneta dicta, parvo flore *Moris.* Itinere à Pisis ad portum Liburnum observavit Camerarius. Alii in litore Veneto, ínque Tyrrheno & Africano nasci tradunt.

Marrubium album fatuum *P. Castelli* in Catalogo plantarum spontanearum Horti Medici Messanensis. An Marrubium album peregrinum brevibus & obtusis foliis *C. B.* In glareosis ad mare non longè à Messana. Hæc planta à nonnullis credita est Pseudodictamnus alter Ponæ, verùm non respondent acetabula quæ Moluccæ similia esse dicit.

Marrubium album angustifolium peregrinum *C. B.* Creticum *Ger. Park.* album angustiore folio *J. B.* Ad vias & agrorum margines propè Viennam Austriæ. Nec figura, nec descriptio Marrubii alterius Pannonici *Clus.* huic plantæ tam bene convenit, quàm Marrubii Cretici, eandem tamen speciem esse suspicor.

Marrubium nigrum longifolium *C. B.* *V.* Herba venti Monspeliensium.

M. Marrubium album villosum *C. B. Prod.* In insula Magallona invenit *D. Magnol.*

M. Marrubium palustre hirsutum tenuiùs laciniatum *C. B.* In pratis & humidis fossis juxta sylvulam antri Frontignanensis viâ Miravallis plurimum oritur. *Bot. Monsp.*

Martagon Chymistarum *Lob.* Lilium aureum *Ger.* purpuro-croceum majus *C. B.* rubens vel croceum majus *J. B.* The Fox-Lilly. In sylvis supra Neapolin prope Camaldulensium cœnobium.

Martagon *v.* Lilium floribus reflexis.

Medica major erectior floribus purpurascentibus *J. B.* Trifolium siliqua cornuta sive Medica *C. B.* Trifolium Burgundiacum *Ger.* Fœnum Burgundiacum sive Medica legitima *Park.* Burgundy Trefoil or Medick Fodder, nonnullis *Lucern.* Circa Genevam & Avenionem in agris satum vidimus.

Medica Scutellata *J. B.* Trifolium cochleatum *Ger.* cochleatum fructu latiore *C. B.* Snail-Trefoil or Hodmandods. Ad agrorum margines prope Liburnum; Monspelii etiam inter segetes passim vere florens.

rens. Folia hujus macula in medio ſordidè flavicante interdum notantur. Fructûs magnitudine, lævore, & figurâ cochleæ terreſtris æmula ab omnibus hujus generis mihi hactenus cognitis facile diſtinguitur.

Medica orbiculata *J. B.* Trifolium cochleatum vel ſcutellatum, fructu latiore, folio minuto obtuſo *C. B.* Trundle-trefoil. Fructu eſt glabro, rotulæ ſimili, per margines nonnihil undulato ſeu criſpo. In inſula ad Promont. Pachynum & alibi in Sicilia. Monſpelii etiam frequens eſt in ſatis & ſatorum marginibus. Aliam deſcribit ſpeciem ſeu varietatem Moriſonus fructu minore per margines æquali & non ſinuato. Magnol quoque duplicem differentiam obſervavit, unam foliis minutis & obtuſis, aliam multò majoribus.

Medica orbiculata polycarpos fructu minore. Hæc in communi pediculo oblongo flores, eíſque ſuccedentes fructus quinque vel ſex gerit, cùm præcedens duos tantúm. Sunt autem fructus duplo quàm illius minores, per margines æquales, & maturitate nigri. Circa Meſſanam in Sicilia obſervavimus.

Medica orbiculata δίκαρπος, fructu compreſſo circum oras rugoſo, per maturitatem albo. In Sicilia prope Promontoriolum *Punto Cerciolo* dictum non longè à caſtro *Puzalla* collegimus.

Medica orbiculata minor ſpinoſa, ſimplici majore voluta. Circa Meſſanam Siciliæ obſervavimus. Deſcriptionem videſis in *Hiſt. noſt.* p. 962. Fructus tres quatuórve in eodem pediculo.

Medica doliata πολύκαρπος minor lævis. Medica doliata minor lenis *Park.* Tun-Trefoil. Fructus dolii figurâ, per maturitatem nigri, plures ſimul in eodem communi pediculo. In Italia & Sicilia invenimus.

Medica Catalonica elegans *Morgani.* Fructus figuræ doliaris eſt, & tuberculis undique ſcaber, ſimilis ligno illi quo brachia manúſque muniunt Itali in pilæ luſu. Inter plantas noſtras ſiccas in Italia collectas & hanc invenimus.

Medicæ majoris Bæticæ ſpinoſæ ſpecies altera *Ger. emac.* An Medica magna turbinata *J. B?* Hedgehogs. Fructûs magnitudine & hirſutie, ſpinulis crebris rigidis,

dis, & ſeminis colore ſpadiceo ab aliis omnibus nobis cognitis Medicæ ſpeciebus diſcretu facilis eſt.

Medica marina *Park.* Medicæ marinæ ſpinoſæ ſpecies *Ger.* Trifolium cochleatum maritimum ſpinoſum *C. B.* Trifolium cochleatum marinum ſive Medica marina *J.B.* Ad littora maris Mediterranei paſſim.

Medica ciliaris *Guilandini.* Hanc in Alpibus invenimus. Fructus orbiculum aut rotulam imitatur, habétque in circumferentia molles & oblongas ſpinulas ſeu ſetas ciliorum æmulas. Hæc & præcedens perennes plantæ ſunt.

Medica ſpinoſa δίκαρπος fructu ovali duro, ſpinis brevioribus & rigidioribus. Semina flavicant. Deſcriptionem vide in *Hiſt. noſt.* p. *963.* Circa Meſſanam collegimus.

Medica ciliaris annua nobis. Trifolium fructu cochleato ciliare *Bot. Monſp.* Hanc etiam in Sicilia collegimus: *D. Magnol* in plurimis ſatorum marginibus circa Monſpelium obſervavit.

A. Medica capſulis echinatis pallidis minoribus *Cat. Altd.* echinata hirſuta *J. B.* Circa Hilpolſtein Norimbergenſ. & ad arcem *Reicheneck v. Cat. Altd.*

Medica doliata ſpinoſa πολύκαρπος *Park.* Thorny or prickly Tun-Trefoil. In arenoſis maris litoribus propè Meſſanam & alibi tum in Sicilia, tum etiam in Italia. Deſcribitur Hiſt. noſt. p. *964.*

Medica echinata oblongo fructu, ſeu doliaris ſpinis rarioribus fructui appreſſis. Hanc etiam in Sicilia collegimus. Deſcriptionem *v.* Hiſt. noſt. p. *963.*

Medica coronata ſeu orbiculis laxis echinatis minoribus, non extantibus ſpinulis. An Medica coronata Cherleri parva *J. B.* Circa Meſſanam invenimus.

Mira eſt in hoc genere ſpecierum varietas: nos etiam plures collegimus quàm meminimus, & plures adhuc proculdubio locis in quibus peregrinati ſumus nobis inobſervatæ reſtabant.

Melampyrum multis ſive Triticum vaccinum *J. B.* Mel. purpuraſcente comâ *C.B.* purpureum *Ger.* Cratæogonon flore vario *Park.* ejuſdemque Melampyrum. Common Cow-Wheat. Inter ſegetes per Germaniam & Galliam frequentiſſimum.

Melampyrum cœruleâ comâ *C. B.* cœruleum *Ger.* Melampyro affinis Parietaria cœrulea quorundam *J. B.* Cratæogonon flore vario *Park.* Blue-flower'd Cow-Wheat. In ſylvis montoſis non longè à Gratianopoli, quà indè ad max. Carthuſianorum cœnobium itur.

B. Melampyrum luteum anguſtifolium *C. B.* quod pro Melampyro luteo Linariæ folio in Prodromo deſcribitur. In Muteto monte & *Waſſerfal. Cat. Baſ.*

Melampyrum perpuſillum luteum *v.* Ranunculus ceratophyllos, &c.

Melanthium *v.* Nigella.

Melica ſive Sorgum *Dod. Ger. Park.* Sorghi *J. B.* Milium arundinaceum ſubrotundo ſemine, *Sorgo* nominatum *C. B.* In Foro Julii ad panificia ſeritur: eſtque haud dubie Milium illud quod ſuo tempore ex India in Italiam invectum ſcripſit Plinius, nigrum colore, amplum grano, harundineum culmo, quódque adoleſcit ad pedes altitudine ſeptem prægrandes.

E paniculis hujus à granis repurgatis Scopulas efficiunt ad mundandas veſtes alióſque uſus, cujuſmodi Venetiis venales vidimus.

Melilotus major candida *Trag.* Germanica *Ger.* flore albo *Park.* Great White-flowered Melilot. Hæc revera ſpecie differt à vulgari lutea, quantumvis *C. B.* qui aliàs non parcus eſſe ſolet in diſtinguendis ſpeciebus, eandem faciat.

H. Melilotus corniculis reflexis major *C.B.* Syriaca *Park.* Syriaca odora *Ger.* Trifolium Italicum ſeu Melilotus Italica corniculis recurvis *J. B. Cat. Holl. Commel.*

Melilotus nova Berardi ſeu erecta folliculis rotundis minor *Hiſt. noſt.* pag. 951. In montoſis pratis Delphinatûs Galliæ.

Melilotus Meſſanenſis procumbens, folliculis rugoſis ſublongis, ſpicis florum brevioribus. In loco humido in lingula illa inter portum Meſſanenſem & fretum Siculum.

M. Melilotus anguſtifolia repens folliculis rotundis *C. B.* Palmarem invenimus in ſaxoſis *la Colombiere* primo vere, aliquando verò majorem. Rectè repræſentatur à figura

figura quam habet *J. Bauhinus* nomine Meliloto vulgari affinis folio minore & rotundiore. *Magn.*

Melissa sylvestris hirsutior minus odorata. Melissophylli sylvestris genus *Matthiolo.* In sepibus prope Liburnum & Salernum copiosè. Hæc est, ut puto, quam J. Bauhinus memorat *Hist. lib.* 28. *cap.* 42. his verbis. Habemus nos quandam Melissam nigriorem & hirsutiorem, à nemine memoratam. Hîc Matthiolus injustè, ut aliàs, arguitur à Botanicis, quasi ex una planta [Melissa vulgari] duas faceret.

E. Mentastrum montanum 1. Clusii *Ger. emac.* montanum sive Pannonicum *Park.* montanum, folio coloris viridis *J. B.* Mentha montana verticillata *C. B.* In Ungaria ad radices scopuli in quo extructa est arx Nemethwywar: & ad Austriacarum Alpium radices in pratis Monasterio S. Crucis vicinis. *Clus.*

B. Mentha rotundifolia palustris minor seu flore globoso *C. B.* Mentastrum rotundifolium minus *Park.* In scrobibus humentibus & riguis secus fossas aquarum.

B. Mentha cattaria minor Alpina *C. B. prod. Park.* In montibus circa Neapolin Italiæ. *Imper.*

Mespilus *J. B.* Sativa *Ger.* vulgaris sive minor *Park.* Germania folio Laurino non serrato *C. B.* Common Medlar. In sepibus non procul Viterbo Etruriæ urbe.

Mespilus Aronia *Ger.* Aronia Veterum *J. B.* Aronia sive Neapolitana *Park.* Apii folio laciniato *C. B.* In sylva Valena sponte oritur. v. *Bot. Monsp.*

Meum alterum Italicum quibusdam *J. B.* alterum Italicum *Ger.* Spurium Italicum *Park.* latifolium adulterinum *C. B.* Bastard Italian Spignel or Meu. In collibus & clivis maritimis Regni Neapolitani.

Mezereon Germanicum an Chamædaphne Dioscoridis *Lob.* Laureola folio deciduo, flore purpureo *C. B.* Laur. fol. dec. sive Mezereon Germanicum *J. B.* Chamælæa Germanica sive Mezereon Ger. Cham. Ger. sive Mezereon vulgò *Park.* In montosis Germaniæ passim reperitur: & in collibus & montibus circa Genevam.

Milium Arundinaceum *C. B.* *v.* Melica.

Milium ſemine luteo vel albo *C. B.* Common Millet. In tranſmarinis ubique fere ſeritur.

A. Milium ſemine nigro *C. B.* nigrum *Tab. Cam.* Milii alterum genus colore nigro deterius *Cæſ.* Non eſt præcedentis vitium ſed ſpecies diverſa. Seritur circa Norimbergam & Lauſſam M. Aprili, colligitúrque Auguſto. *Cat. Altd.*

C. Millefolium Alpinum incanum carneo flore *C. B.* Alpinum Cluſii, parvum, nonnihil incanum, carneum *J. B.* Alp. incanum *Park.* Alpinum *Cluſ.* In Judenberg & Spittal Stiriæ Alpibus, Auguſto.

J. B. Millefolium Alpinum incanum flore ſpecioſo *J. B.* In Valleſiæ montibus legit Platerus.

Millefolio Alpino affinis planta, quibuſdam Iva moſchata *J. B.* Tanacetum Alpinum *C. B. Park.* Iva moſchata Rhætis, Tanaceto cognata herbula *Geſn. hort.* In Rhætorum Alpibus.

Millefolium nobile *Trag.* Achillea, ſive Millefolium nobile *Ger.* Achillea Sideritis, ſive nobilis odorata *Park.* Achillea millefolia odorata *J. B.* In Germania ad Rhenum, Gallia Narbonenſi circa Monſpelium, & in Italia paſſim.

Millefolium luteum *Ger. Park.* tomentoſum luteum *J. B. C. B.* Yellow Milfoil, or Yarrow. Circa Avenionem, & juxta viam quæ Auriaco Avenionem ducit: ubi & Cluſio obſervatum Hiſt. lib. 3. cap. 37.

M. Millefolium odoratum minus Monſpelienſium *Hort. Reg. Blæſ.* Multo minus eſt quàm vulgare; foliis caneſcentibus, odorémque habet ſuavem & aromaticum. Plurimis in locis herbidis repit, ut prope pontem Villæ novæ & alibi *Bot. Monſp.*

B. Millefolium aquaticum *Ger.* aquaticum vulgatius *Park.* aquaticum umbellatum capillaceo brevique folio *C. B.* aquaticum Fœniculo ſimile umbelliferum *J. B.* Tufted Water-Milfoil. In *Michelfelden* prope Baſileam. *Cat. Baſ.* Apud paludes circa foſſas Paduæ *J. B.* v. *Cat. Holl. Commel.*

B. A. Millefolium aquaticum cornutum majus *C. B prod.* Circa Hiltelingen propè Basileam *Cat. Bas.* In piscinis cœnobii S. Catharinæ Norimbergæ, & in fossa oppidana ad arcem. *Cat. Altd.*

B. Millefolium aquaticum cornutum minus, nondum descriptum *C. B.* Michelfeldæ in aquarum fundo *Cat. Bas.*

Mollugo montana latifolia ramosa *C. B.* Gallium sive Mollugo montana *Ger.* Gallium flore albo majus sive Mollugo montana *Park.* Rubia sylvatica lævis *J. B.* In sylvis, agro Luceburgensi & Aquisgranensi.

Moly moschatum capillaceo folio *C. B.* moschatum vel Zibettinum Monspeliense *Park.* Allium sylv. perpusillum juncifolium moschatum *Park.* In collibus *Garrigues* dictis propè Monspelium & Sellam novam.

Moly parvum caule triangulo *C. B.* caule & foliis triangularibus *Park.* Primò inter Lericium & Lucam, deinde circa Baias copiosum invenimus.

M. Moly Dioscoridis parvum quibusdam *J. B.* Moly angustifolium umbellatum *C. B.* Moly Dioscorideum *Park. Ger.* **Dioscorides his Moly, or Mountain Garlick.** Juxta sepes umbrosas prope Frontignanam, viâ qua itur *Ballcruc* Maio mense cum flore collegit *P. Magnol.* Gadibus Hispaniæ in veteri urbe invenit Clusius.

Moly minus roseo amplo flore *v.* Allium.

Col. Moly humile folio gramineo *C. B.* Chamæmoly, an Moly Dioscoridis *Col.* Cirinolæ per semitas & agros non procul ab oppido, Januario.

S. Moly flore subviridi *Bocc.* In montis Madoniæ convallibus copiosum occurrit. Gaudet opacis sylvis & locis umbrosis.

Monophyllon *Ger.* Mon. sive Unifolium *Park.* Mon. recentiorum *Lob.* Mon. sive Lilium convallium minus *C. B.* Unifolium sive Ophris unifolia *J. B.* **One-blade.** Primò in luco quodam juxta Hagam Comitum Hollandiæ se nobis obtulit: deinde in omnibus ferè editioribus Belgii & Germaniæ sylvis & dumetis.

Morus alba *Ger. J. B. Park.* fructu albo *C. B.* **The White Mulberry.** In Sicilia, Italia & Gallia Narbonensi

bonensi copiosissimè seritur, ad bombyces alendos: Sunt enim folia ejus teneriora & vermiculis hisce gratiora quam nigræ.

Morus nigra *Park. J. B.* fructu nigro *C. B.* Morus *Ger.* **The black Mulberry-tree.** Cum priore. Morus urbanarum novissima germinat, nec nisi exacto frigore, ob id dicta sapientissima arborum. *Plin.*

Muscus denticulatus *Ger.* denticulatus major *C. B. Park.* terrestris denticulatus *Lob.* pulcher parvus repens *J. B.* **Toothed Moss the greater.** In aggeribus humidis & umbrosis in Italia & parte Meridionali Germaniæ.

Muscus maximus ceratoides maritimus *Triumfetti.* In portu apud Centum cellas nunc *Civita vecchia.*

Muscus capillaceus longissimus i. e. Muscus arboreus 2. *C. B.* Hunc longissimis capillaceis filamentis densè stipatis ex Abietibus dependentem in Germaniæ quibusdam sylvis copiosissimum vidimus & collegimus. Chartas in quibus composita est, etiam subinde mutatas, post 20 adhuc annos colore flavo ad ruffum tendente, ac si ustulatæ essent, tingit.

M. Muscus fugax membranaceus pinguis *Magnol. Bot. Monsp.* Statim post pluvias oritur muscus iste in herbidis satorum marginibus, iis præcipuè quæ orientem solem spectant, sed citò exsiccatur. Dum expanditur Muscum Lactucæ folio refert.

B. Muttellina *J. B.* Meum Alpinum umbella purpurascente *C. B.* Alpinum Germanicum Muttellino dictum *Park.* In monte Rhætio prope Burmium *J. B.*

M. Myagrum monospermum minus *C. B. Park.* Myagro similis flore albo *J. B.* Aprili & Maio mensibus reperitur juxta fluvium *Vistre*, circa *Candiac. Bot. Monsp.* Inter Bononiam & Florentiam *J. B.*

P. Myagrum fœtidum *C. B.* prod. *Cat. Bas.* In arenosis ad pontem Wiesæ.

Myagro affinis herba capitulis rotundis *J. B.* Myagro similis siliqua rotunda *C. B. Park.* Circa Monspelium passim in satis reperitur, Maio & Junio mensibus cum flore & capitulis. *Bot. Monsp.* Reperitur etiam circa Altdorfium. *v. Cat. Altd.*

Myrica

Myrica ſylv. altera *Cluſ.* Tamariſcus folio latiore *Park.* Germanica *Ger.* Tamarix fruticoſa folio craſſiore ſive Germanica *C. B.* Germanica ſive minor fruticoſa *J. B.* **Shrub-Tamarisk.** Ad ripas fluviorum v. g. circa Auguſtam Vindelicorum, Lindaviam, Genevam.

Myrica prima *Cluſ.* Tamariſcus folio tenuiore *Park.* Narbonenſis *Ger.* Tamarix altera folio tenuiore, ſive Gallica *C. B.* major ſive arborea Narbonenſis *J. B.* **Tree Tamarisk.** Ad mare prope Monſpelium copioſé.

A. Myrrhis ſylveſtris foliis maculatis, Cicutaria dicta *Jungerm. Cat. Altd.* An minor *C. B*? altera minor *Park*? altera parva *Lob. Ger.* In pratis circa Altdorfium m. Junio.

A. Myrrhis paluſtris Hercynica *Jungerm. Cat. Altd.* Broccenbergenſis *Thal.* Foliis eſt fere Apii, membranaceâ vaginâ amplexicaulibus, floſculiſque ejus candidis in umbella diſpoſitis; ſemina oblonga canaliculata ſuccedunt. Circa Altdorffium. Loca *vid.* in *Catal. Altd.*

Myrtus communis Italica *C. B.* An Myrtus fructu albo *Ger.* Myrtus vulgaris nigra & alba, ſativa & ſylveſtris *J. B.* In Italia & Gallo-provincia ad mare inferum frequentiſſima, necnon in Sicilia. **The common Italian Myrtle.**

Bellonius refert Illyricos Myrti foliis coria perficere, quemadmodum Macedones Rhoe, Ægyptios Acaciæ ſiliquis, Aſiæ minoris incolas glandium Æſculi calycibus, Gallos Quercûs libro, Phryges ſylveſtris Pini corticibus. *Cluſ. hiſt. lib.* 1. *cap.* 43.

N. Napus

N.

NAPUS sativa *C. B. Park.* Napus *J. B.* Bunias sive Napus *Ad. Ger.* Navew-gentle. Circa Monspelium copiosè seritur: spontaneam etiam in satis sæpius *D. Magnol.*

Narcissus medio-luteus *Lob. Ger.* medio-luteus copioso flore, odore gravi *C. B.* multos ferens flores medio-luteus Narbonensis *J. B.* Itinere à Lericio ad Massam, indéque ad Lucam copiose. In pratis prope Monspelium nihil hoc frequentius videre est Martio & Aprili mensibus cum flore.

M. Narcissus albus magno odoro flore, circulo pallido *C. B.* medio-purpureus magno flore, folio latiore *J. B.* latif. 7. *Clus.* In pratis Lateræ copiosè provenit, & paulò seriùs floret quàm medio-luteus *Bot. Monsp.*

C. Narcissus niveus odoratus circulo rubello *C. B.* medio-purpureus minor *J. B.* latifolius 6. *Clus.* medio-purpureus stellaris *Park.* Magno milliari supra Gamingam Carthusianorum cœnobium, in pratis quibusdam altissimo lacui vicinis.

M. Narcissus albus circulo purpureo *C. B.* medio-purpureus *J. B. Ger.* medio-purpureus serotinus *Park.* Cum priore permixtus in pratis Lateræ reperitur. *Bot. Monsp.*

M. Narcissus albus circulo purpureo *C. B.* medio purpureus *J. B. Ger.* medio-purpureus serotinus *Park.* Cum priore permixtus in pratis Lateræ reperitur. *Bot. Monsp.*

M. Narcissus albus circulo croceo polyanthos *C. B.* medio-croceus serotinus cum aliquot floribus *J. B.* mediocroceus polyanthos *Park.* In pratis quibusdam ad dextram *Ladi* amnis Monspeliaci, in loco dicto *en gramenet*, elegantissimis floribus statim distinguitur. *Bot. Monsp.*

M. Narcissus medio-luteus foliis florum longioribus circulo patulo *Bot. Monsp.* an medio-luteus majoribus floribus

floribus *C. B?* an potiùs Narc. Narbonenſis major amplo flore *Park?* Aliis permixtus flore facilè diſtinguitur.

M. Narciſſus anguſtifolius albus minor *C. B. prod.* In ſterilibus collibus circa montem Lupi,& in monte Cetio Aprili menſe cum flore invenit *D. Magnol.*

M. Narciſſus juncifolius minor *Cluſ.* juncifolius luteus luteus minor *C. B.* juncifolius flore luteo *J. B.* juncifolius ſerotinus *Ger.* In collibus plurimis circa Monſpelium primo vere floret. Jam nè quis miretur tot Narciſſorum ſpecies à *D. Magnol.* circa Monſpelium obſervatas, à nobis autem nè unam quidem, ſciat nos non ante Auguſtum medium, cùm Narciſſi omnes jam defloruerant, Monſpelium acceſſiſſe, indéque ante exactam hyemem, menſe ſci. Februario diſceſſiſſe.

Nardus Celtica *J. B. Ger.* Celtica Dioſcoridis *C. B.* Alpina *Cluſ.* Spica Celtica *Park.* In ſummo Judenberg Stiriacarum Alpium jugo inter muſcum ſaxoſis locis copioſé: inque Genuenſibus & Liguriæ Alpibus.

C. Nardus montana radice olivari *C. B.* montana *Cluſ. Ger.* montana tuberoſa *Park.* Neapoli è monte Virgineo erutam ad Cluſium miſit Fer. *Imperatus.*

B. Nardo Celticæ ſimilis inodora *C. B. prod.* In monte Baldo, & Alpibus Sumano conterminis *C. B.* In monte Drawenſtein Auſtriæ. *Burſer.*

Natrix Plinii *v.* Anonis lutea major.

Naſturtialum ſupinum tenuiſſimè diviſum *J. B. C. B.* Cardamine Alpina *Ger.* Alpina 3. minima *Cluſ.* Alpina minor *Park.* In ſummis jugis montium Juræ & Salevæ prope Genevam, locis humidioribus.

M. Naſturtium pratenſe parvo flore *C. B.* Cardamine minor laciniatis foliis *Park.* In pratulo luci Gramuntii ubi Gratiola creſcit ſemel tantùm invenit *P. Magnol.* Circa Montbelgardum locis humidioribus.

M. Naſturtium pumilum vernum *C. B.* In vineis & ſaxoſis locis ſupra Boutonetum, circa *Mommau, la Colombiere* & alibi Februario, Martio, & Aprili menſibus copioſè floret

M. Naſturtium pumilum ſupinum vernum *Bot. Monſp.* ubi deſcriptionem & figuram vide. In humidis versùs Lateram & *Perauls.*

Naſturtium minimum vernum *Bot. Monſp*, nobis quidem idem videtur Burſæ paſtoris minori ſeu Naſturtio petræo *Tab*.

Naſturtium montanum Aſari folio *Boccon*. Alpinum paluſtre rotundifolium *Zanoni*. Circa fontes & rivulorum margines montis *Bargæ* in Etruria copiosè naſcitur. *Boccon*. Loco aperto ubi paſcuntur pecora in territorio Mutinenſi, prope fontem jugem aquæ limpidæ & frigidiſſimæ, ab indigenis paſtoribus *Baccara* dictum.

B. Naſturtium Alpinum minus Reſedæ foliis *C. B.* Cardamine Alpina minor Reſedæ foliis *C. B.* In Rhætorum Alpibus Julio: in Helvetiorum Alpibus & Pyrenæis minus habetur.

B. Naſturtium Alpinum capſulâ Naſturtii hortenſis *C. B. Park.* capſ. Naſturtii vulgaris J. Bauhini *J. B.* In Rhœtiæ monte *Nombre* prope balneum *Wurmbes*.

B. Naſturtium Alpinum Bellidis folio majus *C. B. Park.* Circa Fabarias thermas ad aquæ defluxum.

B. Naſturtium foliis Barbareæ *C. B. Park.* In finibus Bohemiæ versùs Auſtrum.

Nerium *v.* Oleander: Alpinum *v.* Medon.

Nigella arvenſis *Park.* arvenſis cornuta *C. B.* Melanthium ſylveſtre *Lob. Ger.* ſylv. ſive arvenſe *J. B.* **Field Fennel-flower, or Nigella.** Per Germaniam, Italiam, & Galliam Narbonenſem inter ſegetes.

Nymphæa alba minor *C. B. J. B. Lob. Ger. Park.* item.

Nymphæa lutea minor *eorundem*. Utramque invenio in *Cat. Holl. Commel.* Priorem in Catal. Monſp. *Magnoli*, ìnque Cat. Altdorfinarum. Harum deſcriptiones accuratiores petimus ab αὐτόπταις.

O. Ocymaſtrum

O.

OCymastrum Valerianthos *v.* Valeriana.
Ocymoides repens *v.* Saponaria minor. Col. Ocimoides Lychnitis reptante radice *J. B.* Lychnitis *Col.* Lychnis incana repens *C. B.* In monte D. Mariæ Virginis appellato locis humentibus petrosis.

Ochrus sive Ervilia *Dod. Lob. Ger.* Och. sive Ervilia flore fructúque albo *Park.* folio integro capreolos emittente *C. B.* Lathyri species, quæ Ervilia sylvestris Dodonæo *J. B.* Inter segetes prope Liburnum portum in Etruria. Reperitur etiam circa Monspelium in satis. *Bot. Monsp.*

Oenanthe Apii folio *C. B.* Filipendula angustifolia *Ger.* Oen. sive Filipendula Monspessulana Apii folio *J. B.* Oenanthe Apii folio major *Park.* **Water-Dropwort with Smallage Leaves.** Florentem Monspelio inter locum & *Perauls* reperit *J. B.* & *Lobelius* prope pontem Cellæ novæ & Magallonæ inter Narcissos, atque circa Gramuntiam sylvam.

Olea sativa *J. B. C. B. Ger. Park.* **The Olive-tree.** In Italia, Sicilia & Gallia Narbonensi copiosissimé. Qui perticis olivas decutiunt, id faciunt cum injuria arborum, sequentis anni damno. *Plin.* lib. 15. cap. 3.

Oleander flore rubro *Park.* Nerium sive Oleander *Ger.* Nerium sive Rhododendron *J. B.* Nerion floribus rubescentibus *C. B.* **Oleander, or Rose-bay.** In Sicilia ad aquarum rivulos in ascensu montis Ætnæ.

Oleander fœtidus fruticosus major Creticus *Zanoni.* Valeriana pumila supina serpyllifolia *Cat. Exot.* In rupibus maritimis propè Scaleam in Regno Neapolitano. Ostensa mihi postea fuit hæc planta sicca à *Joan. Maria Ferro* Pharmacopœo Venetiano, Botanico insigni, sub titulo *Periclymeni supini pumili.* Verùm nec Valeriana est, neque Periclymenum.

C. Onobrychis quibusdam subcœruleo flore *J. B.* floribus Viciæ dilutè cœruleis *C. B.* floribus cœruleis *Park.*

2. Clusii *Ger.* Infra Viennam, viâ publicâ, inter *Schwecker* & *Gotstorf*, item non procul à Znaim Moraviæ oppido.

C. Onobrychis spicata floribus pallidis, nigris maculis notatis *C. B.* quibusdam, flore pallido, vel Polygalon *J. B.* 3. Clusii flore pallidiore *Ger.* foliis Viciæ longioribus *Park.* Ad Hamburgum urbem, 2 supra Posonium mill. & ad oppidum Fischmuntz ad flumen Fischam situm paulo supra quàm in Danubium se exoneret, publicâ viâ.

B. Onobrychis clypeata lævis *C. B. prod. Park.* Alpibus Helveticis, ut monte Fracto, & ad Thermas Fabarias.

B. Onobrychis incana *C. B. prod.* In Provincia Galliæ.

Onobrychis spicata flore purpureo *Park. C. B.* flore purpureo *Ger.* quibusdam flore purpureo *J. B.* In loco quodam glareoso non longè à Vienna Austriæ.

Onobrychis vulgaris minor *Park.* fructu echinato minor *C. B.* Caput gallinaceum minus *Idem prod.* The lesser Cocks-head-Vetch. Ad radices Vesuvii montis & in insula sæpius memorata ad Promont. Siciliæ Pachynum dictum. Flos hujus purpureus est, totáque planta minor quàm vulgaris Onobrychis, fructus tamen echinatus major.

Onobrychis arvensis *v.* Speculum Veneris.

Semine clypeato aspero *C. B. v.* Hedysarum clypeatum.

Opuntia marina *Park.* Scutellaria sive Opuntia marina *J. B.* Lichen marinus rotundifolius *Ger.* Fucus folio rotundo *C. B.* Sertolara Imperati. In maris litora ejectam collegimus ad *Punto Cerciolo* non longè à Castello *Puzallu* in Sicilia.

M. Orchis anthropophora altera *Col.* anthropophora oreades mas *Park.* flore nudi hominis effigiem repræsentans mas *C. B.* Floret Aprili mense in herbidis locis circa *Caunelle* & aliis, rarò tamen invenitur. *Bot. Monsp. App.* In Asprensium collibus umbrosis reperit Columna, necnon ad Vesuvii montis radices. Vid. etiam *Cat. Altd.*

† Orchis galea & alis fere cinereis *J. B.* Cynosorchis latifolia hiante cucullo minor *C. B.* Cynosorchis altera

Dod. de floribus, ubi bona ejus habetur descriptio. Cyn. major altera *Ger.* latifolia minor *Park.* Man-Orchies. Circa Genevam ad agrorum margines Aprili & Maio mensibus floret. Huic, ni magnitudo obstaret, Orchidem Zoophorum Cercopithecum referentem oreadem *Col.* eandem dicerem.

† Orchis anthropophora flore fusco seu ferrugineo *nobis.* anthropophora oreades *Col.* anthropophora oreades fæmina *Park.* flore nudi hominis effigiem repræsentans fæmina *C.B.* Man-Orchis, with a dusky-flower. In marginibus agrorum quorundam prope ripas Rhodani non procul à Geneva.

Orchis macrophyllos Columnæ *Park.* Orchis sive Testiculus maximo flore *J. B.* montana Italica flore ferrugineo, linguâ oblongâ *C. B.* Per totam fere Italium ad mare inferum: vidimus enim Massæ, Liburni, Neapoli in pascuis siccioribus. Reperitur etiam circa Monspelium. *v.* Bot. Monsp. *App.*

Orchis magna, latis foliis, galea fusca vel nigricante *J. B.* Ad latera montis Salevæ prope Genevam. Thyrsus florum speciosus est.

Orchis strateumatica minor *Ger.* *J. B.* Cynosorchis militaris minor *C. B. Park.* In pascuis ad latera montis Salevæ.

Orchis rotunda Dalechampii *J. B.* Cynosorchis capitulo globoso *Park.* Cyn. globoso flore *C. B.* Round-headed Orchis. In summitatibus montis Juræ.

Orchis palmata minor odoratissima purpurea sive nigra *J. B.* palmata 21. seu Alpina angustifolia nigro flore *C. B.* palmata angustifolia minor odoratissima *Park.* In herbidis jugis & pascuis montium Juræ & Salevæ prope Genevam copiosé.

Orchis fœtida 3. seu odore hirci minor *C. B.* Tragorchis fœmina *Ger.* minor & verior *Park.* minor flore fuliginoso *J. B.* Small Goats-stones with a dusky flower. In pascuis quibusdam non longè à Geneva.

C. Orchis bifolia latissima *C. B.* Serapias bifolia latissima *Park.* 1. amplissimis foliis *Clus.* In declivitate montis cui inædificata est arx *Greben,* inter Savum & Dravum amne, binis ultra Warasdinum milliaribus.

C. Orchis ſtrateumatica *Ger.* ſtrateumatica major *J. B.* militaris ſeu ſtrateumat. major *Park.* latifolia altera *Cluſ.* Cynoſorchis militaris major *C. B.* In ſylvis Nemethwywar oppido vicinis, & in Leytano ſaltu ſupra Manderſtorf *Cluſ.* In ſylvula Floridæ vallis uberior ejus proventus *J. B.* In Muteto *C. B. Cat. Baſ.*

C. Orchis Pannonica 3. *Cluſ.* obſcurè purpurea odorata *C. B.* In pratis Nemethwywar vicinis ſupra Rabam & inter flumina Muram & Dravum.

Orchis Pannonica 5. *Cluſ.* cui ſimilem in pratis urbi Londinenſi proximis ſe obſervâſſe ſcribit Cluſius, quænam planta ſit me neſcire fateor; aliquando pro Orchide noſtra purpurea, ſpica congeſta pyramidali eam habui; verum nec deſcriptio, neque icon conveniunt. In pratis Viennæ vicinis paſſim oritur. Examinent alii.

C. Orchis palmata Sambuci odore *C. B.* palmata, ſive Orchis Pannonica floribus exalbidis *J. B.* palmata Pannonica Cluſii *Park.* palmata Pannonica 8. Cluſii *Ger. emac.* In Leytano ſaltu ſupra *Manderſtorf*, aliiſque Auſtriæ inferioris ſylvis, & editioribus quibuſdam pratis Viennenſi ſaltui proximis.

B. pr. Orchis pumila ſeu Chamæorchis Alpina folio gramineo *C. B. prod.* In monte Helvetiorum Gothardo copioſè & acervatim, Junio.

Col. Orchis Zoophora Cercopithecum referens oreades *Col. Park.* flore Simiam referens *C. B.* In Æquicolorum montibus, Maio.

Col. Orchis macrophylla *Col.* montana Italia linguâ oblongâ altera *C. B.* macrophyllos Columnæ *Park.*

M. Orchis major flore dilutè purpuraſcente ſive incarnato *Cam.* Cynoſorchis latifolia ſpicâ compactâ. *C. B. Park.* Orchis ſeu Cynoſorchis tertius Dodonæi, Lobelio major alter *J. B.* In herbidis locis Valenæ ſylvæ viâ quâ itur ad pagum *Viols* Maio men. copioſè florentem collegit *D. Magnol.*

M. Orchis myodes lutea *J. B. Ger.* muſcam referens lutea *C. B.* myodes lutea Narbonenſis *Lob. Park.* Yellow Fly-Orchis. Variis in locis circa Salenovam, *lou Tarral* & pontem Caſtri novi invenit *D. Magnol.*

B. Orchis

B. Orchis mas latifolia *Fuch.* Cynosorchis latifolia hiante cucullo major *C. B.* Locis herbidis ad Birsam *C. Basil.*

B. Orchis seu Cynosorchis hiante cucullo angustifolia *C.B.* in *Prodromo* descripta. In montis Muteti pratis.

B. Orchis seu Cynosorchis militaris pratensis elatior floribus variegatis *C. B. prod.* In pratis Michelfeldensibus & trans Rhenum.

B. M. Orchis muscam referens major *C. B.* myodes flore grandiusculo *C. B.* myodes major *Park.* In monte Muteto. *D. Magnol* in pratis inter pontem Castri novi & lucum Gramuntium sitis,& in aliis pluribus herbidis locis oriri & Maio florere scribit.

B. Triorchis lutea folio glabro *C. B.* lutea *Lob.* In colle circa Birsecam arcem.

B. Triorchis lutea altera *C. B.* Orchis minor Leodiensis *Lob.* In monte *Wasserfall.*

B. Orchis minor radice repente seu Pseudo-orchis *C. B.* *J. B.* minor radice repente *Cam. Park.* Palma Christi radice repente *Ger.* In monte Wasserfall, ínque umbrosis & humidioribus Mauritiani versùs Hispruccum *Cat. Alt.*

B. Orchis palmata angustifolia major *C.B. prod.* Michelfeldæ in pratis.

B. Orchis palmata angustifolia minor *C. B.* In pratis Mutetæ.

B. Orchis palmata angustifolia minor odoratissima *C.B.* In pratis Michelfeldensibus Autumno floret.

B. Orchis palmata montana maxima *C. B. prod.* In Muteto monte & vicinis.

A. Orchis seu Cynosorchis montana flore albo verna *Jungerm. Cat. Altd.* Maio & Junio in pratis montosis circa *Hengen. Cat. Altd.*

Oreoselinum *v.* Apium montanum nigrum.

M. Origanum Monspeliense pulchrum Camerarii *J. B.* folio subrotundo *C. B.* onites Galloprovinciæ minus *Ad.* Circa pontem Castri novi, & alibi in viarum & vinearum marginibus. *Bot. Monsp.*

C. Ornithogalum spicatum flore viridi lactescente *C. B.* Pannonicum flore albo *Clus.* Pannonicum *Ger. Park.* Creticum & Pannonicum flore albo *J. B.*

C. Ornithogalum Neapolitanum *Ger. J. B. Park.* exoticum magno flore minori innato *C. B.* In agro Neapolitano frequentiſſima, eodem tempore cum Hyacintho botryode vulgari floret. *Cluſ.*

C. Ornithogalo vulgari ſimile latiore folio *J. B.* umbellatum album medium latifolium *C. B.* aliud vulgare *Cluſ.* E Tyrolenſi comitatu habuit: quin & Neapoli ad Cluſium miſit Imperatus.

C. Ornithogalum luteum minus *J. B. C. B.* Pannonicum luteo flore *Cluſ.* luteum parvum *Ger. emac.* Apud ſylvulam pago *Lachn* vicinam; item in ſiccioribus agris inter Nemethwywar & Zolnoch.

C. Ornithogalum pallido flore *Cluſ. J. B.* luteum ſeu pallidum majus *C. B.* In Stiriacarum & Auſtriacarum Alpium pratis, ubi ſylvæ deſinere ſolent.

Col. Ornithogalum bulbiferum luteum minimum tenuifolium *Col.* anguſtifolium bulbiferum *C. B.* In agris tam calidarum quàm frigidarum regionum.

† Ornithogalum luteum *C. B. Dod.* luteum ſeu Cæpe agraria *Ger.* Bulbus ſylveſtris Fuchſio flore luteo ſeu Ornithogalum luteum *J. B.* **Yellow Star of Bethlehem.** In agro Pedemontano ad ſepes & inter ſegetes: invenimus etiam in Helvetia. *V. Cat. Baſ. & Cat. Altd.*

Ornithogalum ſpicatum *Ger.* ſpic. flore albo Monſpeſſulanum *J. B.* majus ſpicatum flore albo *C. B.* In inſula ad Promont. Pachynum Sicil. atque etiam Monſpelii inter ſegetes.

Ornithogalum vulgare *Ger.* vulgare & verius, majus & minus *J. B.* umbellatum medium anguſtifolium *C. B.* **Common Star of Bethlehem or Day-flower.** In Lombardia, Pedemontano & Lucenſi agro inter ſegetes; Monſpelii quoque Aprili & Maio menſibus cum flore. In Anglia etiam in Pomariis & ſepibus vidi, ſponte ortum non auſim dicere.

Ornithogalum ſpicatum flore virente *v.* Aſphodelus bulboſus *Dod.*

Ornithopodium duplex majus & minus invenio in *Cat. Indigenarum Hollandiæ D. Commelini.* Orandi ſunt Botanici Batavi, ut nobis ſatisfaciant in quibus differant

ferant hæ duæ plantæ, imò an differant omnino.

Ornithopodio similis hirsuta scorpioides *C. B.* Scorpioides leguminosa *J. B. Dod. Ger. Park.* Circa Messanam Siciliæ & Neapolin Italiæ frequens: Monspelii quoque invenitur. *v. Bot. Monsp.*

Orobanche ramosa *Ger. Park. J. B.* minor purpureis floribus sive ramosa *C. B.* In arvis demessa segete primò prope Ratisbonam in Germania observavimus, postea etiam in Italia & Gallia Narbonensi.

C. Orobanche radice dentata major *C. B. Park.* Dentaria aphyllos altera *Clus.* Ad radices Etscheri jugi sub abietibus, &c. quò Sol vix unquam penetrat; item in sylvula Francofurto ad Mænum vicina.

C. Orobanche radice coralloide *C. B.* Dentaria minor *Ger.* aphyllos minor Tabernæmontani *J. B.* coralloide radice seu aphyllos 3. *Clus.* In sylva recens cæsa paulò supra *Entzestorf* in *Langethal.*

Orobus receptus herbariorum *Lob. Ger.* vulgaris herbariorum *Park.* siliquis articulatis, semine majore *C. B.* Orobus sive Ervum multis *J. B.* **Bitter Vetch.** In agris circa Monspelium & Genevam.

Orobus sylvaticus purpureus vernus *C. B.* Pannonicus 1. *Clus.* sylvaticus purpureus major *Park.* sylvaticus vernus *Ger. emac.* Galega nemorensis verna *J. B.* In dumetis *à la Bastie* & alibi circa Genevam, inque Germaniæ & Helvetiæ sylvis frequens. In sylva Valena prope Monspelium viâ qua itur ad pagum *Viols. Cat. Rom.*

Orobus sylvaticus Viciæ foliis *C. B.* Pannonicus 2. *Clus.* Astragaloides *Ger.* Astragalus Herbariorum *Park.* Astragalus major Fuchsio *J. B.* Abundat in colle *la Bastie* ad ripas Rhodani, & in montis Salevæ sylvosis prope Genevam. In Germania etiam non admodum rarus est. In monte Muteto & Monchenstein prope Basileam. *v. Cat. Bas.*

M. Orobus Pannonicus 3. *Clus.* montanus angustifolius *Ger. emac.* sylvaticus angustifolius *Park.* quorundam radice bulbosa, flore albo *J. B.* sylvestris angustifolius Asphodeli radice *C. B.* In monte *Serane*, inter frutices Junio mense floret. In pratis Austriæ thermis Badensibus

densibus vicinis, inque montosis ultra Danubium locis ad cæduarum sylvarum margines. *Clus.*

C. Galegæ nemorensi vernæ similis flore albo *J. B.* Orobus Pannonicus 4. *Clus.* sylvaticus annuus flore albo *Park.* montanus flore albo *Ger. emac.* In Alpibus Austriacis, inque Pannonia interamni, in monte quodam sylvoso *Greben* arci vicino.

B. Orobum sylvaticum pallido flore *C. B.* Galegam montanam Dalechampii *J. B.* invenit J. Bauhinus in monte *Thuiri* non longe à Geneva. C. Bauhinus Galegam montanam *Dalechamp* pro Orobo Pannonico 4. *Clus.* habet.

B. Orobus Alpinus latifolius *C. B. Park.* Ex Helvetiorum Alpibus habuit C. Bauhinus.

C. Orobus Venetus *Clus. Ger. emac.* sylvaticus Venetus *Park.* latifolius parvo flore purpureo *C. B.* Galegæ nemorensi vernæ similis multiflora flore purpureo & albo *J. B.* E semine Venetiis misso enata est. *Clus.*

A. Orobus pratensis repens flore cœrulescente, siliquis nigris, semine albescente: An Aracus latifolius *Dod,* & Orobus Venetus *Clus?* Prope Altdorfium in pratis ante pagum *Gruppach* obviis m. Jun. *Cat. Altd.*

Oryza *Lob. Ger. Park. J. B.* Italica *C. B.* In Italiæ palustribus Ferrariam inter & Bononiam satam vidimus. Rice.

Oxalis maxima sylvatica *J. B.* Acetosa montana maxima *C. B.* maxima Germanica *Park.* Great Sorrel. In monte *Thuiri* prope Genevam.

Oxyacantha Theophrasti *Ger. v.* Pyracantha.

Oxys lutea *Ger. J. B.* corniculata repens *Lob.* luteo flore *Park.* Trifolium acetosum 2. seu corniculatum *C. B.* Yellow Wood-Sorrel. In Italia & Sicilia, in umbrosis præsertim, ubique obvium.

Oxycedrus *v.* Cedrus Lycia retusa *J. B.* & Juniperus.

P. Paliurus

P.

PAliurus *Dod. Lob. Ger.* Paliurus five Rhamnus 3. Dioscoridis *C. B. Park.* Rhamnus five Paliurus folio Jujubino *J. B.* Rham. folio subrotundo, fructu compresso *C. B.* Christs Thorn. In sepibus circa Veronam, Bergamum, Romam in Italia, necnon circa Monspelium in Gallia.

Palma sive Manus marina *J. B.* Urtica marina X; sive Manus marina *C. B.* Habuimus ex sinu Adriatico & mari infero circa Romam.

Palma humilis sive Chamærrhiphes vel Palmites *Park.* humilis spinosa *J. B.* minor *C. B.* Chamærrhiphes *Dod. Lob.* Palmites seu Chamærrhiphes *Ger.* Dwarf-Palm. In insula ad Promontorium Pachynum Siciliæ, inque rupibus maritimis Etruriæ. Christi *v.* Ricinus.

Bellonius duas distinguit species, alteram cujus synonyma dedimus spinosam, quæ sola nobis observata est; alteram Hispanicam non spinosam vocat. Utraque species in Sicilia habetur teste *P. Boccono* in Catal. Sicularum.

Col. Panax Asclepium Apulum Columnæ *Park.* Asclep. semine folioso *C. B.* Propè vineam Reguli *Aquamena* dictum, & alibi in Apulia frequens.

Panax Herculeum majus *Ger.* Pastinacæ folio, an Syriacum Theophrasti *C. B.* Heracleum alterum sive peregrinum Dodonæi *Park.* Sphondylio vel potius Pastinacæ Germanicæ affinis, Panax vel Pseudo-costus flore luteo *J. B.* In Sicilia non longè à castello *Puzallu.* Reperitur etiam circa Monspelium, necnon circa Romam. *Cat. Rom.*

Ex hujus vulnerato circa radicem caule succus æstivis mensibus manat, æstate fervida etiam in Belgio; qui genuinus Veterum Opopanax censendus est. *Dod. Bocc.* quod abunde confirmatur Couden-ber-

denbergii Antverpienſis Pharmacopoei experimento, cui ex ſemine in Opopanacis grumis reperto hæc planta in Belgio primùm enata eſt.

S. Panax Siculum ſemine hirſuto, foliis Paſtinacæ latifoliæ ſativæ *Bocc.* Non ſolùm Panormi ubi pro *Dabiſo* notum, ſed in tota *Mararæ* valle locis incultis & aſperis copioſe naſcitur. Floris colore albo à præcedente diſtinguitur.

Pancratium *Lob.* marinum *Ger.* Monſpeſſulanum, multis Scilla alba parva *J. B.* Narciſſus maritimus *C. B.* In arenoſo maris litore prope Neapolin copiosè, nec minùs prope Monſpelium; poſt Solſtitium æſtivum floret.

Panicum ſylveſtre *v.* Gramen paniceum.

Col. Paralytica montana rotundifolia Æquicolorum *Col.* Primula veris montana incana lutea *C. B.* Æquicolorum montibus ſupra Flaminianum, *lo Serrone* dicto loco in cacumine, Septentrioni oppoſito latere, humenti loco.

S. Parietaria Alſines folio Sicula *Bocc.* Paſſim per univerſam Siciliam viret: in montibus Hyblæis oppido *Melilli* vicinis Catanæ, Meſſanæ & Agrigenti.

Paronychia ſive Alſinefolia incana *J. B.* Anthyllis maritima incana *Park.* maritima Alſinæfolia *C. B.* marina incana Alſinefolia *Ger.*

C. Parthenium Alpinum *Cluſ.* Matricaria ſeu Parthenium Alpinum Cluſii *Park.* Alpina, Chamæmeli foliis *C. B.* Matricaria Alpina Cluſii *Ger.* Millefolium Alpinum *J. B.* In Sneberg, Snealben & Durrenſtein jugis magnâ copiâ, Auguſto.

Paſſerina Lobelii *J. B.* altera *Ger.* Linariæ folio Lobelii *Ger.* Lithoſpermum Linariæ folio Monſpelienſe *Park.* IX. ſeu Linariæ folio Monſpeliacum *C. B.* Circa Monſpelium. In inſula ad Promont. Pachynum proceriorem obſervavimus.

Paſſerina Tragi *J. B.* altera *Ger.* Lithoſpermum Linariæ folio *C. B.* Germanicum, Paſſerina Tragi *Park.* In arvis demeſſa ſegete circa Baſileam, Genevam, Monſpelium, &c. Romam. *Cat. Rom.*

Paſtinaca marina *v.* Crithmum.

Col.

Col. Paſtinaca echinophora Apula *Col.* ſylveſtris anguſtifolia fructu echinato *C. B.* Cirinolæ in Apulia in campeſtribus, ſiccis, ſqualidis tophaceis marginibus viarum & foſſis.

Col. Paſtinaca ſylveſtris daucoides Apula *Col.* tenuifolia ſylveſtris umbella majore *C. B.* ſylv. Apula Columnæ *Park.* Cirinolæ Apuliæ, Julio.

S. Paſtinaca Oenanthes folio *Boccon.* Supra muros *Leocatæ* civitatis in Sicilia invenit *P. Boccone.*

A. Paſtinaca latifolia peculiaris ſylveſtris *Jungerm.* Paſtinacæ ſativæ ſeu domeſticæ ſimilis, ſed foliis anguſtioribus ferè incanis.

C. Pedicularis bulboſa *J. B.* Filipendula montana flore Pedicularia montana *C. B. Ger.* montana major albida *Park.* Alectorolophos Alpina major 1. *Cluſ.* In ſummis Alpibus Durrenſtein, Etſcher, aliiſque celſis & herboſis jugis.

Pedicularis ſive Criſta galli Alpina floribus pallidis in ſpicam congeſtis. **Yellow mountain Rattle or Cocks-comb.** In altiſſimis montibus max. Carthuſianorum cœnobium cingentibus. Hujus deſcriptionem *v.* in *Hiſt. noſt.* p. 770.

Pedicularis ſive Criſta galli vulgaris mas *J. B.* **Male Yellow Rattle or Cocks-comb.** A fœmina differt altitudine majore, interdum ſeſquipedali; caule robuſtiore, foliis latioribus, floribus multò majoribus, utriculis hirſutis. In pratis circa Genevam fœminæ permixta.

Peganium Narbonenſium *Lob. v.* Ruta ſylveſtris minima.

Pentaphyllum *v.* Quinquefolium.

S. Peplis annua, foliis acutis, flore muſcoſo *Boccon.* In agro Lugdunenſi in Gallia frequens inter ſegetes reperitur.

Iiſdem in locis (inquit Cluſius) invenitur, & aliud genus præcedente per omnia fere ſimile, ſed longè mollius, flore nunc albo, nunc purpureo, radice craſſa fibroſa.

Peplus

Peplus minor *J. B.* In agris prope Ladum Monspeliacum amnem, non longè à *Castelneuf*, & alibi circa Monspelium frequens.

Perfoliatum angustifolium montanum *Col.* Perfoliata minor angustifolia Bupleuri folio *C. B.* angustifolia Alpina minor *Park.* Auriculæ leporis affinis, Odontitis lutea Valerandi & Dalechampii *J. B.* Narrow-leaved Mountain Thorow-wax. In agris quibusdam Siciliæ sterilioribus non longe à *Puzallu*. Reperitur etiam circa Monspelium. *V. Bot. Monsp.*

Perfoliata minor foliis gramineis *J. B.* Alpina gramineo folio, seu Bupleuron angustifolium Alpinum *C. B.* An Perfoliata Alpina angustifolia graminea *ejusdem?* Small Mountain grass-leaved Thorow-wax. Icon Ponæ, quam proponit Parkinsonus sub titulo Bupleuri angustifolii Alpini, Gerardus Sedi petræi Bupleuri folio, huic nostræ plantæ non bene convenit.

B. Perfoliata Alpina latifolia minor *C. B. prod. Park.* In Helvetiorum Alpibus.

B. Perfoliata Alpina angustifolia major seu folio anguloso *C. B. prod. Park.* In Pyrenæis non longè Narbona.

B. Perfoliata Alpina angustifolia media *C. B. Prod.* Sola magnitudine & foliorum angustia à præcedente differt. E monte Gothardo. An Perfoliata montana latifolia ejusdem *C. B?* V. Hist. nost. p. 473.

B. Perfoliata Alpina angustifolia minor *C. B. prod. Park.* Ex Sumano monte & Valesianorum Alpibus.

Perfoliata siliquosa *v.* Brassica.

Periclymenum perfoliatum *Ger. J. B. C. B.* perfoliatum calidarum regionum *Lob.* perfoliatum, sive Italicum Double or perfoliate Honey-Suckle. In Italia & Gallia Narbonensi frequens.

Periclymenum rectum fructu rubro *J. B. Park.* rectum Germanicum *Ger.* Chamæcerasus dumetorum fructu gemino rubro *C. B.* Upright Honey-Suckle with a double red Fruit. In Germania ad sepes & in dumetis vulgatissimum.

Periclymenum rectum fructu nigro *Park.* rect. fructu gemino nigro *J. B.* Chamæcerasus Alpina fructu nigro gemino *C. B.* Upright Honey-Suckle with double red

red Fruit. In sylvis juxta sacellum Brunonis dictum *à la grand Chartreuse*, in Delphinatu Galliæ.

Periclymenum rectum fructu rubro *Ger.* fructu rubro singulari majore *Park.* perperam, nam semper geminum habet. Chamæcerasus Alpina fructu rubro gemino duobus punctis notato *C. B.* Chamæcerasus Gesneri, seu Chamæpericlymenum quoddam Alpinum *J. B.* In monte Salevæ propè Genevam copiosé.

A. Periclymenum rectum 3. *Clus.* Chamæcerasus montana fructu singulari cœruleo *C. B.* Periclymenum rectum fructu cœruleo *J. B. Ger. Park.* Upright Honey-Suckle with single blue Fruit. *Im Schlipffelberg* propè Altdorfium initio Maii. Ad radices montis pago *Malitz* contigui in Stiria.

Petasites albus anguloso folio *J. B.* minor *C. B. Park.* White Butter-Bur. In declivibus montium quos transivimus eundo à Gavia ad Genuam, tribus circiter m. p. à Voltagio.

Peucedanum majus *Ger.* majus Italicum *Lob. J. B. C. B.* Great Hogs-Fennel. In lingula illa portum Messanensem à freto Siculo dividente.

Peucedanum Pannonicum *Clus.* quod multis Ungariæ & Austriæ inferioris locis, montium acclivitatibus, petroso & salebroso solo provenire scribit, J. Bauhinus quærit annon sit Daucus glauco folio similis fœniculo tortuoso ?

Phalangium non ramosum *Dod. Ger.* pulchrius non ramosum *J. B.* An Phalangium flore Lilii *ejusdem* ? Phal. magno flore non ramosum *C. B.* Spider-wort not branched with a large Flower. In monte Saleva non longè à Geneva : item in monte Jura, ínque Alpibus Rhæticis, &c.

B. Phalangium parvo flore non ramosum *C. B.* Branched Spider-wort with a small Flower. Michelfedæ, & in monte Crentzacensi & *Wasserfal. Cat. Bas.*

Phalangium parvo flore ramosius *J. B.* ramosum *Ger. Park.* parvo flore ramosum *C. B.* Branched Spider-wort with a small Flower. Circa Francofurtum, Basileam, Genevam & alibi in Germania, in collibus, pascuis montosis & ericetis.

Pha-

Phalangium Cretæ Salonensis *Lob. Ger.* Asphodelus VII. seu foliis fistulosis *C. B.* minor foliis fistulosis *J. B.* In campis lapideis seu Creta Salonensi, vulgò *The Craux*, inter Arelaten urbem & oppidum Salonam copiosissimé.

Phalaris semine nigro *Park.* major semine nigro *C. B. J. B.* Canary-grass, with black Seed. Circa Messanam in Sicilia, Baias & Neapolin in Italia, & Monspelium in Gallia Narbonensi. Grana hujus multo minora sunt quàm sequentis.

M. Phalaris semine albo *C. B.* Phalaris *Ger. J. B.* vulgaris *Park.* Canary-grass. i. e. Gramen Canariense, quia semen ejus ex insulis Canariis adfertur, & passeribus Canariensibus alendis inservit. Circa Monspelium oritur variis in locis. *v. Bot. Monsp.*

Phillyrea serrata 2. *Clus.* & Phillyrea latifolia spinosa seu 1. *Clus.* Phillyrea folio Alaterni, & Phil. folio Ilicis *J. B.* Ph. latifolia aculeata, & Ph. folio lato serrato *Park.* Mock-Privet, with a serrate, or prickly leaf. In Etruria copiosissime; item circa Monspelium in præruptis clivis non longè à specu Frontignana, ad montem *Lupi*, & alibi.

Phillyrea angustifolia *J. B. Ger. Lob.* angustifolia prima *C. B.* angustif. secunda *Park.* Narrow leaved Mock-Privet. In Etruria abunde, necnon circa Monspelium.

Phillyrea latiusculo folio *C. B.* latiore folio *Ger.* angustifolia prima *Park.* malè: nam folium obtinet latum. 4. sive folio Ligustri *C. B.* Broad-leaved Mock-Privet. In Etruria Massam inter & Lucam, necnon in Provincia Gallica. Hæc etiam circa Monspelium variis in locis reperitur: *v. Bot. Monsp.* In hujus plantæ, ut & Alaterni foliorum figurâ, colore, magnitudine, incisuris mirè ludit natura, ut nec quas recensui omnes distinctas species credam.

Philyca *v.* Alaternus. Phthora *v.* Thora. Phyllon thelygonon *Dalech. v.* Sedum.

Phyllon

Phyllon marificum & fœminificum *Park.* arrhenogonon & thelygonon folio incano Monſpeſſulanum *J. B.* Ph. teſticulatum & Ph. ſpicatum *C. B.* Ph. arrhenogonon ſeu marificum, & thelygonon ſeu fœminificum *Ger.* Hæc enim duo non ſpecie ſed ſexu tantùm differunt. **Hoary Mercury.** In aggeribus foſſarum & ſecus vias circa Monſpelium præſertim prope aquas.

Phyteuma Monſpelienſium *Lob. J. B.* Reſedæ affinis Phyteuma *C. B.* non tantùm Reſedæ affinis, ſed genuina Reſedæ ſpecies eſt. Circa Monſpelium paſſim. In Italia quoque circa Romam & alibi obſervavimus.

B. Piloſella major ſeu Hieracium murorum anguſtifolium non ſinuatum *C. B. prod.* Circa Patavium.

Col. Piloſella major umbellifera μακρόκαυλος montana & pratenſis *Col.* montana parvo flore *Park.* mont. hiſpida parvo flore *C. B.* In Æquicolorum montium jugis pratenſibus herboſis altioribus.

Col. Piloſella incana ſaxatilis lutea *C. B.* Auricula muris altera incana ſaxatilis frigidarum regionum *Col.* E rimis ſaxorum via qua à Flaminiano villa ad montium cacumina S. Angeli dicta itur.

Piloſella minor folio anguſtiore minùs piloſo repens *J. B.* major repens, minùs hirſuta *C. B.* **Narrow-leaved creeping Mouſe-ear.** In paſcuis & collibus circa Genevam.

Piloſella minore flore hirſutior & elatior, non repens *J. B.* major erecta *C. B.* major *Ger.* altera erecta *Park.* Hanc etiam circa Genevam obſervavii. Reperitur quoque in monte Crentza & ad mœnia Baſileæ: & Monſpelii in luco Gramuntio.

B. Piloſella major repens, minus hirſuta *C. B.* **Common creeping Mouſe-ear, leſs hairy.** Circa Baſileam in graminoſis. *Cat. Baſ.*

A. Piloſella repens minor πολύανθος Jungermanni *Cat. Altd.* Ad margines ſylvarum *am Heidenberg*, & in apricis ac muſcoſis versùs Norimbergam m. Jun. & ſeq.

Pilosella sive Pulmonaria lutea angustiore folio, valdè pilosa altera *J. B.* In monte Saleva propè Genevam.

Pilosellæ majoris sive Pulmonariæ luteæ laciniatæ species minor *J. B.* In prædicto monte Saleva è rupium fissuris exit.

B. Pimpinella Saxifragia tenuifolia *C. B. prod. Park.* Ad lacum Genevensem copiosè.

C. Pinaster Austriacus 1. *Clus.* seu major, quem duorum esse generum scribit alterum majore, alterum minore cono. Hunc cum Pinu sylvestri *C. B.* Hispanico 1. seu majore *Clus.* eundem putamus.

C. Pinaster 2. Austriacus alter *Clus.* quem nigrum vocat. latif. julis virescentib. aut pallescentib. *C. B.*

C. Pinaster Austriacus 3. *Clus.* tenuifolius julo purpurascente *C. B. Park.* Ad nonnullorum Austriæ montium radices, & supra Badenses Austriæ thermas, in montium crepidine. Circa Binningen. *Cat. Bas.*

C. Pinaster Austriacus 4. seu pumilio *Clus.* conis erectis *C. B.* Austriacus *Ger. emac.* pumilio montanus *Park.* In summis Austriæ & Stiriæ Alpium superciliis, inter saxa & scopulos, ut plurimum, ubi nullæ aliæ arbores proveniunt.

Pinus sylvestris *C. B.* An Pinus vulgaris sylvestris Genevensis & Tæda *J. B*? An Pinaster Austriacus major, albus & niger *ejusdem*? item Pinaster, sive Pinus sylvestris Hispanicus major *Clus. J. B.* i. e. Pinus maritima altera *C. B.* In historia & synonymis hujus arboris valdè confusi & obscuri sunt Botanici. Folia habet longa, in viriditate nigricantia, caudicem contortum, rubro cortice vestitum, ramis hiulcum, conos oblongos, turbinatos, ramorum alas spectantes nucleis parvis, nec Mali vulgaris nucleis multò majoribus, quibus & figurâ suâ accedunt. Habetur in viridariis nostris frequens, nonnullis the Mountain-Pine, id est, Pinus montana dicta, ubi (ut rectè Clusius) in Pini sativi altitudinem excrescit. Provenit (auctore Clusio) in Aquitania & Pyrenæis frequentissimè, quod & *D. Willughby* nobis confirmavit, & plurimam resinam fundit. Est etiam in Franconia, Suevia, Bavaria, Austria

Aüftria &c. paffim obvia, ubi arbufculæ magnitudinem non excedit. Pinafter five Pinus fylveftris Hifpanicus major *Cluf.* vel ipfo monente, à Pinaftro II. Auftriaco albo parùm, & folis fortè natalibus differt.

Pinus fylveftris foliis brevibus glaucis, conis parvis albentibus: Hortulanis noftris **The Scotch Firr**, i. e. *Abies Scotica* ineptè. Hanc in *Catalogo Exterarum* pro Pinaftro altero Hifpanico *Cluf.* habui, verùm non convenit caudex inflexus & contortus, cùm hujus rectus fit: Coni etiam majores pinguntur. In Alpibus Stiriacis obfervavimus.

Pinus fativa *C. B.* fativa five domeftica *Ger.* urbana five domeftica *Park.* officulis duris, foliis longis *J. B.* In Gallia Narbonenfi & Italia, copiofiffimè autem propè Ravennam. **The manured, or Garden Pine-tree.**

A. Pinus fylveftris montana altera *C. B.* Pinus fylveftris Mugo *Matth.* Pinus fylv. humilior *Cat. Altd.* In declivibus verfus *Hagenhaufen*, cujus ramis flexilibus ac obfequiofis valli præufti fepium paffim colligantur.

C. Pifum fylveftre *Cluf.* fylveftre perenne *C. B. Park.* fylveftre alterum *Ger.* Variis Pannoniæ in locis invenit Clufius, & circa Viennam fylvofis montibus.

M. Plantago maxima tota glabra *C. B.* maxima caulefcens *Cornut.* latifolia maxima *Park.* marina magna *J. B.* **Great Spanish Plantain.** In maritimis verfus *Perauls*.

Plantago quinquenervia cum globulis albis pilofis *J. B.* angustifolia VIII, feu paniculis Lagopi *C. B.* anguftifolia cum paniculis Lagopi *Park.* **Haresfoot-Plantain.** Circa Meffanam, Monfpelium & Nemaufum.

B. Plantago anguftifolia minor *C. B. Park.* quinquenervia minor *Ger.* Parvitate fola omnium partium à vulgari lanceolata differt. In viis circa Bafileam. *Cat. Baf.*

B. Plantago trinervia folio anguftiffimo *C. B. Park.* anguftifolia Alpina *J. B.* In fummis jugis montis Juræ. Habetur etiam circa Monfpelium in viis.

Plantago Apula laciniata bulbosa *Col.* Apula bulbosa *Park.* pilosa bulbosa *C. B.* In incultis Apuliæ, præsertim Cirinolæ.

Plumbago Plinii *Ger.* Dentellaria Rondeletii *J. B.* Lepidium Dentellaria dictum *C. B.* Lep. Monspeliacum Dentellaria dictum *Park.* **Pliny's Leadwort.** Circa Syracusas in Sicilia, Romam & alibi in Italia, Monspelium in Gallia Narbonensi.

Polemonium sive Trifolium fruticans *Ger.* Pol. sive Trif. fruticans, vel Jasminum luteum vulgare *Park.* Jasminum luteum vulgo dictum bacciferum *C. B.* **Yellow Jessamy, or Shrub-trefoil.** In sepibus circa Monspelium. Vidimus etiam in regno Neapolitano prope Scaleam.

Polium montanum album *C. B. Ger.* montanum 1. albo flore *Clus.* Monspessulanum *J. B.* Monspeliacum *Park.* **White Poley-mountain.** In Italia & Gallia Narbonensi passim.

Polium maritimum erectum Monspeliacum *C. B. Ger.* Hujus & præcedentis speciei apud Parkinsonum epitheta permutata sunt. Hoc majus præcedente, & odore gratiore esse dicitur: eandem nihilominus plantam esse suspicor.

Polium montanum Levandulæ folio *Park. C. B.* Lavendulæ folio, flore albo *Ger.* **Lavender-leaved Poley-mountain.** In montosis circa Basileam, Genevam & alibi. In sylva Valena non longè à Monspelio *v. Bot. Monsp.*

C. Polium montanum repens *C. B.* montanum minimum *Ger. emac.* mont. supinum minimum *Park.* Nascitur publicâ viâ, in agro Viennensi.

C. Polygonatum 3. latiore folio *Clus.* latifolium Ellebori albi foliis *C. B.* maximo folio *Park.* amplitudine foliorum Ellebori albi *J. B.* Umbrosis locis inter Brunnam & Weyspach, aliisque vicinis montanis sylvis supra Viennam Austriæ.

C. Polygonatum latifolium ramosum *J. B. C. B.* latifolium ramosum sive 4. Clusii *Park.* ramosum *Ger.*

C. Polygonatum

C. Polygonatum angustifolium ramosum *J. B. C. B. Ger. Park.* Polyg. 6. angustifolium 2. *Clus.* Ex Silesia habuit Clusius, Achillis Cromeri munere.

M. Polygala major *C. B.* major prima *Clus. hist.* In descensu montis *Capouladou*, Maio & Junio mensibus floret. Great Milkwort. In *Leytenberg* supra *Manderstorf* circa *Medeling* totâque illa montium serie quæ à Calenberg Danubio supra Viennam imminenti ad Austriacas usque Alpes excurrit; & in Pannonia interamni ubique vulgaris.

M. Polygala annua erecta angustifolia, floribus coloris obsoleti, carneis lineis virgatis *Bot. Monsp.* coloris obsoleti, foliis angustissimis *J. B.* Nimium angusta folia pingit *C. B.* nec rectè Polygalam vulgarem vocat, rara enim est, & paucis Botanicis nota. Invenimus Maio & Julio mensibus florentem in siccis locis, vulgò *Garrigues du Tarral* & prope *la Tevilliere de Massanes.*

M. Polygala acutioribus foliis Monspeliaca *C. B.* De hac planta consule *Botan. Monsp.*

Polygonatum minus *Lob. Ger.* angustifolium *Park. J. B.* angustifolium non ramosum *C. B.* Narrow-leaved Solomons-Seal. In sylvis circa Spadam urbeculam acidulis celebrem copiosissime, vidimus etiam in sylvosis montis *Saleve.*

B. Polygonatum latifolium minus flore majore *C. B. prod. Park.* In saxosis montis Mutetæ & Crentzaci. Polygonatum latifolium vulgare, quod in Anglia rarius est, in Belgio, Germania, Italia & Gallia in saxosis & ad sepes ubique occurrit.

C. Polygonatum latifolium 1. *Clus.* majus, vulgari simile *J. B.* majus *Park.* latifolium maximum *C. B.* In quibusdam Austriæ & Pannoniæ umbrosis locis vulgari permixtum. In umbrosis montis *Wechsal* sylvis inque *Durrenstein* inter saxa & frutices, &c. *v.* Clusium.

A. Polygonatum latifolium maximum *C. B.* latifolium 2. *Clus.* Pannonicum, majoribus baccis & foliis *Cam.* Floribus est candidioribus, amplioribus & singularibus. Ad saxa *am Hundsbuhel* circa Hippolstein Norimb. Maio.

Polygonum montanum niveum *Park.* montanum *Ger.* minus candicans *C. B.* Paronychia Hiſpanica Cluſii, ſive Anthyllis nivea *J. B.* **White mountain Knot-graſs.** Circa Meſſanam copioſé.

Polygonum ſive Herniaria fruticoſa, viticulis lignoſis *C. B.* Herniariæ facie & folio, per ampla radice Aſtragaliti *Ad.* In plurimis ſatorum marginibus repit circa Boutonetum, & in ſterilibus locis verſus pontem Villæ novæ. Malè hoc confundit Lugd. cùm præcedente.

M. Polygonum muſcoſum minimum *Boccon.* Maio menſe plurimum vidit in ſatis luci Gramuntii *D. Magnol:* modò viride eſt; aliquando purpuraſcit.

S. Polygonum capitulis ad genicula echinatis *Bocc.* In *Ilva* inſula juxta *Portolongoni* munimenta & nova mœnia viſitur.

A. Polygonum minus caryophyllæum, foliis anguſtiſſimis, floſculis tubuloſis plurimis ſimul junctis incarnatis *Cat. Altd.* An Polygono anguſtiſſimo folio affinis *C. B?* Paſſim ad ſaxa circa *Utenhoffen* menſ. Jul.

A. Polygonum Polonicum cocciferum *J. B.* cocciferum & Cam. ep. **The Polonian Scarlet Knot-graſs.** Hanc ſpeciem invenio in *Cat. Altd.* An & quomodo differat à **Knawel** non dicit Catalogi Autor *Maur. Hofman.* v. *Hiſt. noſt.* p. 286.

B. Polygonum ſaxatile *C. B. prod.* In petris arcis Waldeburgenſis Baſileenſium. Parum differre videtur à Polygono vulgari.

B. Polygonum littoreum minus, floſculis ſpadiceo-albicantibus *C. B. prod.* alterum Germanicum *Park.* In arenoſis ad Wieſam fluvium prope Baſileam.

Polygonum vel Linifolia per terram ſparſa, flore Scorpioidis *J. B.* In Etruria non longe à Viterbo, cùm Romam contenderemus obſervavimus. Invenitur etiam circa Monſpelium *v. Bot. Moſp.* Extra ſcopum jaculatur J. Bauhinus cùm hanc ad Millegranam minimam Lobelii refert.

Polygonum bacciferum maritimum *v.* Tragos.

Portulaca ſylveſtris *Lob. Ger. Park.* ſylv. minor ſive ſpontanea *J. B.* anguſtifolia ſive ſylveſtris *C. B.* **Wild Purſlane.** In Germania, Italia, Sicilia & Gallia Narbonenſi in vervactis & ad vias paſſim. Por-

Portulaca marina *v.* Halimus.

B. Potamogiton minimum capillaceo folio *C. B. J. B. Park.* In Ladi amnis aquis circa molendina. *Bot. Mon.*

B. Potamogiton capillaceum capitulis ad alas trifidis *C.B. J. B. Park.* Hoc etiam Monſpelienſe eſt.

Prunella anguſtifolia *J. B.* Hyſſopifolia *C. B.* **Narrow-leaved Self-heal.** Circa Monſpelium variis in locis.

Prunella cœruleo magno flore *C. B.* magno flore purpureo *Park.* flore magno, folio non laciniato *J. B.* **Self-heal with a large blue flower.** In Germania circa Moguntiam & alibi, necnon circa Genevam.

Prunella laciniata flore magno purpureo *J. B.* laciniato folio *Park.* Brunella Lobelii *Ger.* **Jagged Self-heal with a large flower.** Cum priore.

Pſeudoaſphodelus quibuſdam *J. B.* Pſeudoaſphodelus minor folio Iridis anguſtifoliæ *Park.* Pſeudoaſphodelus Alpinus *C. B.* Ad radices montis Salevæ copioſé. Pſeudoaſphodelus pumilio foliis Iridis *Cluſ.* In monte Crentzach prope Baſileam. *Cat. Baſ.*

Pſeudomelanthium glabrum Siculum *v.* Lychnis.

B. Pſeudonarciſſus gramineo folio, ſive Leuconarciſſus æſtivus *C. B. prod.* In Alpibus Helvetiorum & Rhætorum, ut in monte *Spliegel* & ad thermas Fabarias, Jul. In Taurevo Auſtriæ monte Aug.

Pſeudoſtachys Alpina *C. B. prod.* Salvia Alpina *Tab.* In monte *Waſſerfal*, prope Scaphuſiam.

Pſyllium majus ſupinum *C. B. J. B.* majus ſemper virens *Park.* ſemper virens Lobelii *Ger.* **Great ever-green Flea-wort.** Circa Monſpelium & in Italia frequens.

Pſyllium vulgare *Park.* majus erectum *C. B. J. B.* Pſyllium ſive Pulicaris herba *Ger.* **Common Flea-wort.** Circa Monſpelium in agris copioſé; ínque olivetis & ſabuloſis ſcrobibus. Pſyllium dicitur ob ſeminum cum pulicibus ſimilitudinem.

Pſyllium laciniatis foliis *Boccon. C. B.* Hanc ſpeciem in Sicilia & alibi obſervavimus. Paul. Boccone prope *Melillam* & *Saccam.*

Ptarmica Alpina Matricariæ foliis *Triumfetti.* Corymbifera Millefolii umbella, folio alato & laciniato *Hiſt. noſt.* p. 344. In ſylvis montoſis propè maximum Car-

thusianorum cœnobium. Hæc planta à nobis edita est multis annis antequam Triumfetti liber prodiit.

Pulegium angustifolium *Ger. C.B.* angustifolium sive Cervinum *Lob. Park.* cervinum angustifolium *J.B.* **Hart-Penny-royal.** Primò vidimus ad Rhodanum fluvium prope pontem S. Spiritûs dictum; postea circa Monspelium in humidioribus. Isto utendum præcipere solebant Monspelienses, quòd odor, sapor & vires multò quàm alterius gratiora, vehementiora & probatiora forent. *Lob.*

S. Pulegium tomentosum minimum *Boccon.* In pratis non longè à *Corleone* in Sicilia. Non alia in re à vulgari Pulegio quàm parvitate sua & foliis longioribus atque hirsutis differt.

Pulmonaria maculosa *Lob. Ger.* maculata *Park.* Symphytum maculosum sive Pulmonaria latifolia *C. B.* Pulmonaria Italorum ad Buglossum accedens *J. B.* **Sage of Jerusalem or Sage of Bethlehem.** In sylvis propè Coloniam Agrippinam primò, postea in omnibus ferè montosis dumetis juxta Rhenum & propè Genevam in conspectum se dedit. Folia maculis albis plerunque notantur, interdum iis carent.

Hinc Pulmonaria folio non maculoso *Clus.* ab hac non videtur specie differre.

C. Pulmonaria angustifolia cœruleo flore *J. B.* angustifolia 3. Clusii *Ger.* Symphytum maculosum, sive Pulmonaria angustifolia cœrulea *C. B.* Per Pannoniam & Austriam inferiorem, in montanis & cæduis sylvis passim.

Pulmonaria angustifolia rubente cœruleo flore *C. B.* seu 5. *Clus.* in Anglia à D. Goodyero inventa est olim. Huic tum forma, tum amplitudine foliorum respondet 4. Clusii flore rubro. Ambæ ad cæduarum sylvarum margines locis umbrosis in Pannonia inveniuntur.

Pulmonaria Gallorum *v.* Pilosella.

Pulsatilla alba *J. B. Park.* flore albo *C. B. Ger.* **White-flower'd Pasque-flower.** In summis jugis montis Juræ. Hæc non floris colore tantùm, sed totâ specie distincta est à Pulsatilla nostrate vulgari flore clauso, quam flore albo alicubi vidisse memini; est enim planta multò elatior & speciosior.

M. Pul-

M. Pulsatilla folio crassiore & majore flore *C. B.* vulgaris *Ger.* purpurea cœruleave *J. B.* Danica *Park.* **Danish or greater Pasque-flower.** In monte *Serane* copiosè collegit *P. Magnol.* Invenitur etiam circa Altdorfium variis in locis, in montosis Palatinis. *v. Cat. Altd.*

B. Pulsatilla palustris *C. B. prod.* In pratis udis & paludosis Michelfeldæ.

J. B. Pulsatilla lutea *J. B.* lut. Alpina hispidior *C. B.* In Rhætio monte Braulio, inque Gothardi monte.

Punica malus sylvestris *C. B. Ger.* Punica sylvestris major sive Balaustium majus *Park.* Malus Punica *J. B.* **The wild Pomegranate-Tree.** In Gallia Narbonensi & Provincia passim.

Pyracantha *Lob. Clus.* Pyr. quibusdam *J. B.* Oxyacantha Theophrasti *Ger.* Oxyac. Dioscoridis sive Spina acida Pyri folio *C. B.* **Ever-green Thorn or Piracantha.** Circa Florentiam & alibi in Etruria copiosè.

A. Pyrola rotundifolia minor *C. B.* 4. minima *Clus.* monanthemos odore Lilii Convallium Jungerm. *Cat. Alt.* Circa Altdorfium in umbrosis. *v.* loca. In Alpibus Sneberg, Hochbergerin, Durrenstein & aliis vicinis circa radices summorum illorum jugorum. *Clus.*

C. Pyrola fruticans *J. B. Park.* 3. fruticans Clusii *Ger. emac.* frutescens Arbuti folio *C. B.* Abunde provenit in sylvis *Entzestorf* arci vicinis *Clus.* Habetur in Catal. Sicularum Bocconi.

Pyrola folio serrato *J. B.* folio mucronato serrato *C. B.* tenerior *Park.* 2. tenerior Clusii *Ger.* **Winter-green with a pointed and dented leaf.** In montibus Genevæ vicinis, inque sylvis montosis non longè à Constantia versùs Scaphusiam, & alibi in Alpibus frequens.

In flore Pyrolæ vulgaris insignem observavi differentiam: In una enim planta inferior floris lacinia seu labellum productius est & magis dependet quàm in altera, stylus etiam in illa magis propendet & deorsum incurvatur quàm in hac. Fortè una sterilis est, illa nimirum cujus labellum & stylus propendent, cùm & caulis ejus exsuccus & evanidus videatur; altera fœcunda, cùm caulis ejus robustior sit & succulentior.

Q.

C. QUercûs foliis molli lanugine pubescentibus altera species *C. B.* Robur 2. Clusii *J. B.* In Austria, Stiria, & Pannonia.

C. Quercus humilis, gallis binis, ternis aut pluribus simul junctis *C. B.* Robur 6. Clusii *J. B.* Nascitur in Austria & Pannonia, ubi rustici cum secundo confundunt: *& fortasse non immerito:* non enim placet Quercûs species à Gallis distingui.

Quercus calyce echinato *v.* Cerrus.

Quinquefolium rectum flore albo *nobis.* Pentaphyllum rectum *J. B.* cujus figura plantæ nostræ optimè respondet. An Quinquefolium album majus caulescens *C. B?* Pentaphyllum majus luteo flore vel albo *Park.* Vidimus primò in Alpibus Carinthiacis, deinde in ascensu montis Salevæ prope Genevam; tandem ad latus portæ maximi Carthusianorum cœnobii Gratianopolin ducentis, ubique è rupium fissuris exiens.

B. Quinquefolium album minus *C. B. prod.* In saxosis circa Curiam Rhætorum.

Quinquefolium album majus alterum *C. B.* sylvaticum majus flore albo *Ger.* Pentaphyllon album *J. B.* majus alterum album *Park.* Great White Cinquefoil. In Alpibus Stiriacis inter oppidum S. Michaelis & *Knittlefield:* Clusius in montosis Sylvis in Austria, Moravia & Pannonia interamni. Folium supernè glabrum est & viride, infernè argentea lanugine villosum.

Quinquefolium Alpinum argenteum flore albo *nobis.* An Pentaphyllum foliis supernè & infernè incanis *J. B?* An Quinquefolium minus album alterum *C. B?* Quinquefolium sylvaticum minus flore albo *Ger. emac?* Pentaphyllum album minus *Park?* In summitatibus montium altissimorum max. Carthusianorum cœnobio imminentium. Trifolium Alpinum argenteum Ponæ ab hoc

hoc non aliter differre videtur quam numero foliorum in eodem pediculo. Qu. an aliter differat Trifolium ſaxatile hirſutiſſimum *J. B. C. B.* Pentaphyllum minus albo flore *Cluſ.* quamvis ad hoc noſtrum accedat, in nonnullis tamen ab eo in tantum differt, ut diverſam ſpeciem exiſtimem.

Quinquefolii quarti prima & ſecunda ſpecies Cluſii, an & quomodo differant à planta ſequente conſiderandum. Nihil illo vulgatius locis ſiccis & nudis Pannoniæ, Auſtriæ inferioris, Moraviæ & Bohemiæ, ſecundum vias, mihi certe eadem videntur.

Quinquefolium minus repens luteum *C, B.* An Quinquefolium minus repens lanuginoſum luteum *ejuſdem ?* incanum *Ger ?* repens minus *Park.?* Pentaph. parvum hirſutum *J. B ?* In Epiſcopatu Tridentino & Helvetia; item circa Genevam *en plain palais.* Martio & Aprili floret, unde à Schwenckfeldio rectè denominatur Quinquefolium vernum minus.

Quinquefolium minus repens Alpinum aureum *C. B.* minus flore aureo *Ger. emac.* Alpinum ſplendens flore aureo *J. B.* Pentaphyllum incanum repens Alpinum *Park.* In montis Juræ ſummo vertice *la Dolaz* dicto. In ſummis Auſtriacarum Alpium jugis quæ tamen herboſa ſunt *Cluſ.*

A. Quinquefolium rectum majus *J. B.* majus erectum *Park.* Quinquef. majus rectum *Ger.* rectum luteum *C. B.* **Great upright Cinquefoil.** Flore eſt Sulphureo. In Schipfelberg prope Altdorfium m. Junio. In ſylva Valena copioſè, atque etiam in monte *Capouladou.*

B. Quinquefolium erectum montanum hirſutum luteum *C. B. prod.* In monte Crentzacenſi.

Melilotus major lutea spica florum breviore, verùm seminibus grandioribus quàm vulgaris.
Ægilops Narbonensis *Lob.*
Ornithopodio similis hirsuta scorpioides *C. B.*
Graminis alopecuroidis nova species.
Sysirynchium majus *Clus.*

In lateribus montium supra Urbem.

RIcinus vulgaris sive Palma Christi copiosè.
Caucalis minor pulchro semine sive Bellonii *J. B.*
Ammi vulgare, & folio magis dissecto.
Convolvulus argenteus Althææ folio, *C. B.*

Alsine

Alsine oblongo folio serrato flo. cæruleo *J. B.* Speculum Veneris medium nobis dictum.

Valeriana Mexicana *Ger.*

Sonchus lanatus *Dalechamp.* Arbutus.

Geranicum cicutæ folio, acu longissima *C. B.* Cretico dicto simillimum est, nisi quòd folia magis dissecta majísque hirsuta sint.

Lupinus sylv. flore luteo.

Lychnis parva, folio angusto, flo. rubello. Ab aliis facilè distinguitur, quòd calyx floris prælongus sit & tenuis ipsáque florum foliola in medio ad unguem propè fissa quemadmodum in Alsine majori, Gramine leucanthemo & similibus.

Senecio quædam folio Bellidis, aut Jacobæa Senecionis folio. Calyx floris Seneciois calycem exactè refert, verùm circulum seu coronam habet foliolorum luteorum in margine ad modum Chrysanthemi. Plantula tenera est, radice fibrosa, foliis Bellidis. Sen. folio non laciniato *J. B. C. B.*

Trifolium halicacabum sive vesicarium *J. B.*

Hedysarum clypeatum flo. coccineo & flo. albo.

Trifolium bituminosum ubique.

Lotus flore fusco tetragonolobus *J. B.*

Gladiolus Narbonensis. Medica orbiculata *J. B.*

Medica echinata elliptica, sive ovata.

Scorpioides siliquâ campoide hispidâ *J. B.*

Anagyris fœtida.

Crista galli flo. luteo grandi. Radix ei ramosa & non simplex, annua tamen. Caulis erectus, firmus, quadratus, cubitalis aut etiam altior, nonnihil lanuginosus. Folia plerunque ex adverso bina longa, angusta pallidè viridia rariùs dentata, & omnino foliis Cratæogoni Euphrosynes facie similia sed crassiora. Spica florum in summo congesta, quadrata, lanuginosa & nonnihil etiam viscosa. Flores lutei ampli cucullati, figurâ florum Ladani segetum.

Hæc planta una cum sequenti ad Antirrhinum à J. Bauhino, quantum conjicio, refertur: verùm vasculum seminale non convenit. Propiùs accedit ad Euphrasias aut Alectorolophos. Eandem putamus quam Columna

lumna deſcribit ſub titulo Trixaginis Apulæ unicaulis πετρασάχυ©.

Criſta galli flo. vario ex albo & purpureo. Priori ſimillimum eſt; in his præcipuè differt, quòd non ſit adeò procerum, quòd caules & interdum etiam margines foliorum rubeant, quòd flores minores nonnihil ſint & diverſi coloris, cuculli v. g. rubent. Labella in medio albent, ad margines rubore diluuntur.

Holoſteum plantagini ſimile *J. B.*

Gramen dactylon geminâ duntaxat ſpicâ.

Aſphodelus major ramoſus flo. albo *J. B.*

Aſter luteus foliolis ad florem rigidis *C. B.*

Trachelium parvum folio Bellidis ſubrotundo. *Radix* ei alba ſimplex lignoſa annua. *Caulis* erectus ſtriatus: folia alternatim poſita, ſubrotunda, ſine pediculis caulibus adnexa.

Trifolium album rectum hirſutum valdè *J. B.*

Portulaca ſylveſtris.

Cuminum ſylveſtre alterum Dioſcoridis Italorum *Lob.*

Medica orbiculata fructu circum oras dentato.

Pſeudomelanthium glabrum Caryophylli facie. Radix ei alba lignoſa, unde & ipſam plantam annuam eſſe apparet. Caulis nunc ſimplex nunc multiplex, rotundus, lævis ab imo ſtatim, ramoſus pro ratione ſoli in quo creſcit magis minúſve pedalis aut cubitalis. Folia ad genicula bina ex adverſo longa, anguſta, Graminis Leucanthemi foliis nonnihil ſimilia, raris pilis hirſuta. Flores in ſummitatibus ramulorum pediculis longis inſidentes, ut in Caryophyllis & Lychnidibus ferè fit, quinquefolii, pallidè purpurei, vice ſtaminum in medio habentes calycem foliorum quinque in ſummo bifidorum. Calyx floris ſtriatus quemadmodum & Pſeudomelanthii.

Trifolium anguſtifolium ſpicatum *J. B.* v. deſcrip.

Sedum echinatum vel ſtellatum flo. albo.

Abſinthium arboreſcens *Lob.*

Anthyllis maritima alsinefolia *C. B.* Radix huic nunc simplex, nunc ramosa, alba, pluribus fibris capillata. Cauliculi plures palmares, rotundi, rubri, humi procumbentes. Folia serpylli bina ex adverso. Flores in summitatibus conferti & Millegranæ minimæ similes.

Androsæmum fœtidum capitulis longissimis filamentis donatis *C. B.* i. Tragium.

Acanthus Sativus.

Sedum medium flo. albo, apicibus luteis.

Thapsia latifolia P. Castello, aliis & vulgò Ferulago.

Betureia montis S. Juliani.

Halimus *Lob.* in sepibus juxta mare, Tauromenium versus, itemque propè Pharon abundè.

Oleander. Ad aquarum rivulos frequens.

Sorbus domestica. Myrtus angustifolia.

Thymelæa foliis Lini *C. B.*

Hieracium calyce barbato *Col.*

Chondrilla saxatilis viscosa caule κνημιδοφόρῳ *Col.*

Acetosa ocymi folio Neapolitana βουκεφαληφόρα *Col.*

Scrophularia Ruta canina dicta *C. B.*

Linaria altera botryodes montana *Col.* Passerina *Trag.*

Asteries species an Baccharis *Col.*

Daucus tertius Dioscoridis, *Col.*

Carlina sylvestris *Clus.* Carlina perennis polycephalos & multicaulis.

Psyllium vulgare.

Kali majus semine cochleato. *C. B.*

Lotus arbor. Ocimastrum Valerianthon in muris.

Antirrhinum luteo flore *C. B.* ibid.

Chrysocome capitulis conglobatis *Ger.*

Colutea Scorpioides.

A. Geranium moschatum.

Alsine folio crasso P. Castelli in Catal. plant. Messan.

Lanaria sive Struthium Dioscoridis Imperato *J. B.*

Tithymalus lini folio.

Fœniculum tortuosum sive Seseli Massiliense *Dod.*

Agnus castus, in arenosis ad maris litus.

Scammoneæ Monspeliacæ affinis foliis acutioribus *C. B.* ibidem.

Acarna flore purpuro rubente patulo *C. B.* v. descr.

Millefo-

Millefolium odoratum.
Sedum parvum vasculis seminalibus echinatis stellatis.
Hyacinthus major comosus purpureus *C. B.*
A. Anagallis fœmina flore cæruleo. frequentissima.
Asparagus petræus sive Corruda. *Ger.*
Smilax aspera.
Antirrhinum minus flo. carneo rictu striato.
Arum venis albis *C. B.* Atractylis vulgaris.
Heliotropium majus. Blitum rubrum minus.
Buglossum vulgare majus.
Carduus leucographus tenuifolius Messanensis *P. Castel.*
Carduus galactites *J. B.*
Observavimus etiam duas diversas Echii species, unam sc. caulibus maculatis, ad tactum magis asperam & ferè spinosam; alterum molliorem nec ità maculatam, hujus etiam caules magis procumbunt, cùm alterius erigantur.
Cerinthe flore pallidè luteo.
Chondrilla viminea *Lob.* Cicer sativum.
Plurimas etiam Astragali Lathyri & Viciæ species, quas omnes distinguere non vacabat.
Cymbalaria Italica. Cucumis asininus.
Hyoscyamus foliis rotundiusculis, floribus pallidè luteis.
Cynoglossum majus floribus expansis pallidè luteis, à nostrate (si bene memini) diversum.
A. Juncus acutus maritimus capitulis rotundis. *C. B.*
Stœbe Salmantica prima *Clus.*
Caucalis marina supina echinato magno fructu *J. B.*
Melanthium sylv. *Lob.* Oxys lutea *J. B.*
Reseda alba *J. B.* Rhamnus primus *Clus.*
Scrophularia urticæ foliis *C. B.*
Linaria pusilla procumbens flo. albo rictu luteo. Radix huic simplex quidem sed multis fibris majoribus prædita, sublutea, annua. Cauliculi exinde emergunt plures, infirmi, rotundi, palmares humi procumbentes, glauci, quemadmodum & folia quæ nunc singula, nunc bina ex adverso, nunc terna & interdum etiam quaterna simul oriuntur; & proinde ramuli nunc singuli, nunc bini, nunc terni simul oriuntur. Folia poly-

goni foliorum æmula ſed minora. Flores longis pedicellis ſubnixi albi, rictu luteo, calcaribus tenuibus longiſſimis. Pars illa floris quæ erigitur in medio fiſſa duas veluti auriculas repræſentat, ut in Linaria purpurea parva *J.B.* Florem circumſtant quinque foliola viridia velut calix. Poſtquam flos evanuit ejus pediculus deorſum incurvatur. Vaſculum ſeminale rotundum, ſed tamen, ſi curioſe ſpectetur, duos habet lobos ſeminibus repletos puſillis ruffis. Frequens eſt Meſſanæ in vineis & hortis. Quamprimum ſemen matureſcit ſeminale vaſculum dehiſcit, adeò ut difficile ſit ſemina ejus colligere. Floret Maio & Junio.

Meliſſæ ſimilis, foliis parvis, flo. albo, labro punctato. Lamium fruticoſum non maculatum Creticum *Zanon.*

Tithymalus dendroides. Teucrium vulgare.

Iberis Cardamantica. Alaternus.

Elatine folio acuminato flo. cæruleo *C. B.*

Cyperus paniculâ ſparſa ſpeciosâ *J. B.*

Anthyllis leguminoſa flo. purpureo.

Erica arboreſcens ramulis ternis *J. B.*

Tithymalus folio longo glauco, caule rubro, ſeminibus verrucoſis.

Securidaca lutea minor corniculis recurvis *C. B.*

Helianthemum flo. luteo erectum annuum, an Tuberaria Myconi?

Ononis purpurea parva procumbens, ſive minima ſupina.

Cataniæ in litore maris & locis vicinis.

Plumbago Plinii.

Agnus caſtus.

Juncus acutus maritimus capitulis rotundis *C. B.*

Rubia marina *Ger.*

Anonis lutea parva procumbens. In Arenoſis creſcit radice albâ longâ ſimplici raris fibris capillatâ [in nonnullis fibræ plures ſunt & majores] Cauliculi plures rotundi villoſi, nonnihil rubentes, humi procumbunt. *Folia* parva tripartitò diviſa pediculis nullis, (verùm duæ diviſiones inferiores caulem amplectuntur, ut in Lotis fit,

fit, ac proinde hæc planta eo modo trifolia eſt quo Lotus quinquefolia) ſaturè viridia, in margine eleganter dentata, alternatim poſita & non ex adverſo. *Flores* lutei Anonidis. *Siliquæ* breves tumidæ ſubrotundæ duobus intus ordinibus ſeminum figurâ lienis. In arenoſis maris litoribus in Sicilia frequens, non hîc duntaxat, ſed ad promontorium Pachynum & Puzallu, &c.

Geranium Althææ folio diſſecto.

Sedum minimum murale non acre totum rubrum flore hexaphyllo purpureo. In muris & tectis copiosè.

Medica doliata lævis.

Scammoneæ Monſpeliacæ affinis foliis acutioribus *C. B.*

Circa Syracuſas.

Verbaſcum 4. Matthioli.

Majorana flore albo capitulis ſquammatis rotundiuſculis. q.

Meliſſæ ſimilis ſeu Moluccæ, floribus albis labro punctato. Cortex ramorum antiquiorum cinericeus, juniorum virgularum ruber : Caules quadrati : Folia bina ex adverſo Meliſſæ, minora, crenata, pediculis ſatìs longis ſubnixa : Flores cucullati albi cum aliqua tamen arboris mixtura, labello punctato. Vaſcula ſeminalia qualia Moluccæ lævis ferè, excepto quòd in quinque lacinias dividantur, tribus ſuperiùs duobus inferiùs ſitis quatuor ſingula continentes ſemina Moluccæ ſimilia odor plantæ gravis.

Teucrium Bæticum *Ger.*

Anonis purpurea parva procumbens.

Thymum Creticum *Ger.*

Jacea lutea capite ſpinoſo *C. B.*

Ad Promontorium Pachynum in insula ubi turris præsidio Hispanico tenetur.

Lotus flore fusco tetragonolobus.
Siliquis Ornithopodii.
flo. luteo, siliquis magnis recurvis, an Latopisum Belli ? Lentiscus.
Chamærops Plinio, Palma minor *C. B.* copiosé.
Limonium elegans Rauwolfii.
A. Gnaphalium marinum.
Chrysanthemum Creticum.
Aster luteus foliolis ad florem rigidis *C. B.*
Medica magna turbinata *J. B.*
Auricula muris Camerario ejusdem.
Medica doliata spinosa. Gnaphalium roseum.
Hedysarum clypeatum minus flo. purpureo, An. Onobrychis semine clypeato aspero minor *C. B* ?
Onobrychis minor flo. parvis purpureis semine echinato grandi. Onobr. fructu echinato minor *C. B.*
Trifolium halicacabum sive vesicarium. Lotus pentaphyllos vesicaria *C. B.*
Asphodelus major ramosus flo. albo.
luteus, sive Hastula regia.
minor ramosus flo. albo.
Echium procumbens flore parvo cæruleo.
Ornithogalum spicatum *Ger.*
Jacea lutea capite spinoso *C. B.*
Sylibum majus annuum *Park.*
Carduus galactites J. Bauhini. Sive minor flore pallidiore.
Teucrium Bæticum *Ger.*
Scorzonera foliis angustis incanis, floribus dilutè purpureis.
Sanamunda 3. *Clus.* Caules habet hic frutex rotundos incanos, folia Illecebræ in crucis formam disposita, supina parte viridia, pronâ incana. Flores parvos ex herbaceo luteos, quadrifolios.
Asteris species an Baccharis *Col.*

Anonis

Anonis lutea non ſpinoſa, Dalechampio Natrix *J. B.*

Campanula minor foliis violæ foliorum æmulis, floribus cæruleis : nobis *cærulea Hiſpanica* dici ſolita.

Ammi vulgare & foliis magis inciſis.

Medica orbiculata *J. B.*

Tordylium. Caucalis major, ſem. minùs pulchro hirſuto *J. B.*

Scorpioides ſiliquâ campoide hiſpida *J. B.*

Crithmum ſpinoſum ſive Paſtinaca marina.

Linum ſylv. flo. parvo luteo. Paſſerina *Lob. Radix* ei alba ſimplex lignoſa. *Caules* pedales & altiores rotundi. Folia lini nullo ordine poſiti. *Flores* parvi lutei quinquefolii ; pediculis vel nullis breviſſimis.

Aparine ſemine verrucoſo.

Trifolium ſtellatum *C. B.*

Moluca ſylv. flo. albo, antea deſcripta.

Nigella vulgaris. Syſirynchium majus *Cluſ.*

Ægilops Narbonenſis. Limonium minus *J. B.*

A. Leucoium murinum majus, folio ſinuato.

Cichorea ſpinoſa Cretica *Pone.*

Daucus folio ſplendente.

Aſparagus ſylveſtris petræus ſive Corruda.

Beta aculeato ſemine ſeu Cretica *Ger.*

Tragos ſive Uva marina major *J. B.* Frutex hic interdum humanam altitudinem excedit. Color caulium adultiorum cinereus. Folia habet nulla, ſed viticulos ſolummodo geniculatos ſaturè virides Equiſeti inſtar. Flores ad nodos ſeu genicula verticillati lutei è ſtaminibus compoſiti. Fructum non vidimus.

Trifolium capitulis glomeratis, glomerulis ſpinoſis.

Linum ſylv. cæruleum. Calendula minor ſylv.

Atractylis. Philyrrea 2. ſerrata *Cluſ.*

Cruciata minima muralis *Col.*

Iva moſchata Monſpelienſium. Corruda 3. *Cluſ.*

Coronopus foliis acutis in margine dentatis.

Mava flore carneo minore. Ex rad. alba ſimplici plures emittit caules humi procumbentes hirſutos ſuperiùs rubentes. Folia ima ſubrotunda, longis pediculis annexa : quæ in caulibus ſunt in tres aut quinque lacinias diviſa, hirſuta & circa margines crenata.

Flores parvi quinquefolii carnei. Semina Malvæ vulgaris.

Malva ſylv. flo. carneo major.

Aizoon Scorpioides.

Geranium procumbens Althææ folio minus. Cauliculi ex eadem radice plures, humi procumbentes, rotundi, rara & brevi lanugine obtecti. Folia Althææ bina ex adverſo in margine crenata, non autem laciniata, nè illa quidem quæ in ſummis ramis conſiſtunt. Flores purpurei parvi: Roſtra brevia.

Ad portulum & promontoriolum dictum Punto Cerciolo, non longè à Caſtello Puzallu *in Sicilia.*

Panax Herculeum majus *Ger.*

Cinara ſylveſtris. Utrumque copioſé.

Ruta ſylv. major.

Hieracium falcatum ſeu ſemine adunco.

Limonium elegans Rauwolfii.

Beta aculeato ſemine *Ger.*

Medica orbiculata *J. B.*

orbiculata, fructu circum oras velut rugis dentato, per maturitatem albo.

doliata ſpinoſa major.

Auriculæ leporis affinis, Odontitis lutea Valerandi & Dalechampii *J. B.* Folia anguſta ſunt, acuta in caule alternatim poſita. Caules rotundi: Flores velut in umbella, quos quinque foliola acuta ſtellæ radiantis modo circumſtant; Flores Perfoliatæ lutei muſcoſi.

Siliqua arbor ſive Panis S. Joannis.

Medica marina.

Pancratium radice grandiſſima, foliis latis, An Scyllæ quædam ſpecies?

Ciſtus mas 4. folio oblongo albido *J. B.*

Lotus flo. luteo corniculis articulatis. Radix ſimplex alba, in nonnullis in fibras ſpargitur circa imum. *Cauliculi* plures, in terram procumbentes: *Folia* glauca, è quinque

quinque pinnis compoſita, ſi annumeres auriculas ad caulem adnexas (quod in omnibus Lotis uſu venit) *Flores* parvi lutei trifolii corniculati, ſed minores, ad nodos vel ſingulares vel bini & interdum terni ſimul. *Siliquæ* longæ tenues corniculatæ ſeu contortæ ſpiræ in modum, articulatæ, ſeminibus oblongis in ſingulis internodiis.

Caucalis marina ſupina echinato magno fructu *J. B.* v. deſcript. noſtram.

Smyrnium Creticum. Gladiolus Narbonenſis.

Polium montanum album.

Saxifraga Venetorum *Lob.*

Valeriana quædam annua. *Radix* ſimplex alba tenera : Caulis ſingularis erectus pedalis, ab imo ſtatim ramoſus. *Folia* bina ex adverſo ad ſingula internodia, Valerianæ ſylveſtris majoris, laciniata. *Flores* parvi purpurei, in ſummitatibus ramulorum alii ſuper alios alternatim ſcandentes. Color totius plantæ ruber, ſapor amarus. Provenit in arenoſis collibus, florens circa finem Maii.

Acanthium Illyricum.

Telephium Scorpioides Anguillaræ.

A. Orchis fuciflora.

Opuntia marina, Sertolara Imperato.

† Arancio marino *Imperat.* Burſa marina *Cæſ.*

In inſula Melita.

Pleraſque omnes eaſdem hîc obſervavi plantas quas in Sicilia, atque inſuper,

Hypericum ſupinum tomentoſum *Lob.*

Delphinium flo. cæruleo obſoleto minore.

Carduum lacteum peregrinum *Cam.* potiùs Sylibum majus annuum *Park.*

Echium majus & aſperius flo. albo, *C. B.*

Vulgò autem hic ſeruntur : Aniſum.

Cyminum ſemine lævi.

aſpero.

Goſſipium ſeu Xylon *Ger.*

Propè

Propè Tauromenium.

Glycyrrhiza vulgaris.
Asparagus sylvestris spinosus Clusii *Ger.*
Verbascum quartum Matthioli, in ascensu montis prope urbem, copiosè.
Marrubium album fatuum P. *Castelli.*

Circa Rhegium in Calabria.

Palma Christi seu Ricinus copiosè.
Medicæ echinatæ & cochleatæ variæ species.
Caput gallinaceum minus.
Vitex seu Agnus castus.
Scammoneæ Monspeliacæ affinis foliis acutioribus.
Tithymalus Myrsinites latifolius *C. B.* copiosè.
An Lotopisum *Belli ?* Botrys *Officin.*
Tribulus terrestris. Hic in regionibus calidioribus ubique provenit. *v.* Descrip. nost.
Erysimum Matthioli alterum *Lob.* v. Descr. Plurimas alias invenimus cum Sicilia communes.

In itinere à Messana ad Neapolin. Circa Tropiam & S. Lucidum.

Ziziphus rutila *Clus.* in rupibus prope Tropiam & S. Lucidi oppidum copiosè.
Conyza minor vera.
Ricinus.
Stœbe calyculis argenteis *C. B.*
Tragium, præter alias plurimas quas in Sicilia quoque invenimus.

Circa

Circa Scaleam & Portum S. Nicolai.

Lysimachia galericulata folio urticæ hirsuto; Lamium scutellaria dictum. Cupressus.
Rosmarinum vulgare, quod in toto hoc litore in rupibus copiosè provenit.
Sabina folio Cupressi *C. B.*
Crupina Belgarum. Chondrilla rara purpurea.
Meum vulgare an spurium Italicum? quod etiam circa Salernum in rupibus copiosè crescit.
Caryophyllus sylvestris ruber, an Caryophyllus sylv. humilis flo. unico *C. B?*
Scorzonera quædam minima.
Jacea nigra incana laciniata.
Herba foliis Ocymi aut Serpylli, flo. Valerianæ. Hanc nobis monstravit etiam Joannes-Maria Ferro Pharmacopœus Venetus, cui Periclymeni seu Caprifolii nomen imposuit. Ad portum S. Nicolai in rupibus.
Myrtus latifolia. Auricula ursi foliis cinereis.
Casia poetarum *Lob.*
Agnus castus: in hoc litore frequentissimus.
Campanula flo. cæruleo grandi pentagono, folio campanulæ rotundifoliæ vulgaris, quæ in locis nonnullis hirsuta est, in aliis glabra.
Allium quoddam seu Moly montanum.

Circa Salernum.

Barba Jovis frutex, copiose.
Satureia durior *J. B.*
Laurus tinus, cœruleâ bacca *J. B.*
Coronilla sive Colutea minima, *Ger.*
Melissa sylvestris hirsutior, minùs odorata. An Melissophylli sylv. genus *Matth.*
Echium majus & asperius flo. albo, *C. B.*
Rosmarinum vulgare. Cardamine impatiens.
Hemionitis multifida *C. B.*

Digitalis

Digitalis flo. parvo luteo, intus ferrugineo.
Thlaſpi umbellatum Creticum.
Planta folio Urticæ aut Nepetæ, flore Lyſimachiæ galericulatæ purpureo. Lamium peregrinum Scutellaria dictum.
Sorbus ſativa.
A. Peucedani facie puſilla planta *Lob.*
Lotus arbor. Staphylodendron.
Colus Jovis.
Antirrhinum majus alterum folio longiore *C. B.* flo. purp.
Lentiſcus. Alaternus.
Conyza major Monſpeliaca odorata *J. B.*
Ricinus. Tithymalus dendroides.
Valeriana rubra *Dod.* Chryſanthemum Bellidis folio.
Periclymenum Italicum perfoliatum.
Anagyris fœtida. Branca urſina.
Martagon Chymicorum.
Geranium Romanum verſicolor ſive ſtriatum *Park.*
Tarton raire Gallo-provinciæ *Lob. Ger.* in rupibus maritimis 3 à Salerno m. p. versùs Neapolin copioſé.
Cytiſus glaber ſiliquâ latâ *J. B.*
Sanamunda 3. *Cluſ.*

Prope Neapolin aſcendendo ad Monaſterium Camaldulenſium in ſylvis & ad vias.

Martagon Chymiſtarum *Lob.*
Orobus ſylvaticus viciæ foliis *C. B.*
Ariſtolochia rotunda. Laurus vulgaris.
Lagopus maximus *Ger.*
Chryſanthemum Bellidis folio *hort. Pat.*
Digitalis lutea flo. minore intus ferrugineo.
Hemionitis multifida copioſiſſimé.
Colus Jovis: Horminum luteum.
Cytiſus hirſutus *J. B.* Hic in magnum fruticem adoleſcit, eſtque in Sicilia & regno Neapolitano frequentiſſima. Ferula.
Geniſta non trifolia foliis hirſutis. An Geniſta tinctoria Hiſpanica *Cluſ.*?

Caſta-

Castanearum sylvæ.
Vicia flo. luteo sylvestris *J. B.*
After montanus luteus salicis glabro folio *C. B.*]
Millefolium odoratum: nobile *Tragi.*
Hesperis Italica. Hesperidi Alpinæ affinis surrecta & magna.
Lotus corniculata siliquis singularibus vel binis tenuibus *J. B.*
Pancratium marinum *Ger.* in litoribus arenosis.
A. Peplis *Ad.* quæ in Angliæ litoribus invenitur. ibid.
Juncus cyperoides maritimus *Ad. Lob.* ibid.
Parvum Limonium Narbonense oleæfolium *Lob.*

In foro olitorio venales fructus prostant hîc & Florentiæ.

Melongena sive Mala insana.
Limonia: fructus parvus Juglandi dum adhuc in herbaceo involucro latitat par. *Limoncelles* ibi & Romæ (ubi etiam vulgares sunt) dicuntur. Nucleis carent.
Cucumis flexuosus anguinus. *Lob.* Neapoli hujus generis striati habentur, & Citrulli vocitantur.
Cucurbita anguina *Lob.* Longa est, tenuis & incurva, ex ea Neapoli juscula conficiunt.

In reditu à Neapoli ad portum Liburnum.

Rosmarinum vulgare, variis in locis.
Q. Juniperus major Dioscoridis *Clus.* aliis Oxycedrus seu Cedrus Lycia, in montosis frutetis & sylvis mari vicinis ubique ferè.
Siliqua arbor. Circa Sperlongam.
Barba Jovis. In rupibus & clivis maritimis variis in locis.
Rubia maritima *C. B.* In arenosis propè castellum Astura tribus ab Antio milliaribus copiosè.
Thlaspi capsulis sublongis incanum, *J. B.* ibidem. In agris inter Romam & Tusculum abundè.

Cichori-

Cichorium verrucarium ſive Zacyntha *Ger.* Ad Tibridis fluvii ripas, necnon in Etruria circa portum S. Stephani non longè ab Orbetello multum.

Lotus ſiliquoſa lutea Monſpelienſis *J. B.* Non longè à ſpecula ſeu caſtello ad Tybridis oſtia ſito.

Ariſtolochia clematitis. ibid.

Chamelæa ſecunda *Cluſ.* in rupibus propè turrim *Caſtiglione* in Etruria.

Terebinthus *ibid.* Paliurus *ibid.*

Thlaſpi biſcutatum foliis Coronopo non longè diſſimilibus ibid. q.

Ambroſia maritima *C. B.* ibid.

Cirſii quædam ſpecies quæ jam defloruerat. propè portum S. Stephani. q.

Chamærrhiphes ibid. & alibi etiam in clivis Peninſulæ propè Orbetellum.

A. Erica abietiformis. Ericæ Coris folio ſecundæ Cluſii ſpecies ſecunda, iiſdem in locis.

Draba quædam ſiliquoſa foliis longis anguſtis incanis. ibid. invenimus & Florentiæ. q.

Sideritis pratenſis lutea *Lugd.*

Linum ſylv. folio anguſtiſſimo.

Eryngium luteum Narbonenſe. Ad litora maris mediterranei ubique ferè.

Philyrrhea anguſtifolia.

Philyrrhea 2. ſerrata Cluſii *Ger.* an potiùs Philyrrea 1. ejuſdem. Folia habet ſerrata brevia, acuta, ſaturè viridia, brevibus pediculis nixa, ex adverſo bina.

Coronilla. In rupibus maritimis prope turrim *Caſtiglione* in Etruria.

Liburni præter ſæpiùs memoratas.

Lotus Libyca Dalechampii.

Trifolium album rectum hirſutum valdè *J. B.*

Cichorium verrucarium ſive Zacyntha, in arvis ubique.

Blattaria flore luteo.

Meliſſa ſylv. hirſutior minus odorata, An Meliſſophylli ſylv.

ſylv. genus *Matth.* Folia hujus hirſutiora ſunt obtuſioráque quam Meliſſæ vulgaris & odore caret. Ad ſepes abundè.

Convolvulus minimus ſpicæfolius *Lob.*

Rapiſtrum monoſpermon. Ammi vulgare.

Lingua paſſerina Tragi.

Erica arboreſcens Monſpel. floribus luteolis vel herbaceis minimis *J. B.*

Sideritis pratenſis lutea *Lugd.*

Spina ſolſtitialis *J. B.*

Aſter foliis circa florem ſpinoſis luteus.

Inter Liburnum & Piſas.

Ariſtolochia clematitis copioſè.

Aſter conyzoides Geſneri, quantum conjicio: Eadem ſc. planta quam in Germania ad ripas Rheni copioſam invenimus.

A. Aſparagus paluſtris.

Gramen ſupinum aculeatum *J. B.*

Leucoium bulboſum majus polyanthemum *Ger.* in paluſtribus propè Piſas.

Circa Florentiam, in canali cujuſdam torrentis.

Eryngium luteum Narbonenſe.

Acarna flo. purpuro rubente patulo *C. B.*

Echium majus & aſperus flore albo *C. B.*

Spina ſolſtitialis. Atractylis.

Conyza odorata major Monſpeliaca. Galega.

Scrophularia Ruta canina dicta.

Trifolium album rectum hirſutum valde, *J. B.*

Aſter luteus foliolis ad florem rigidis *C. B.*

Salix viminibus rubris.

Juncus paniculis globoſis: acutus marit. capit. rotundis.

Ageratum, ſive Eupatorium Meſues.

Stœchas citrina anguſtifolia.

Nigella arvenſis Cornuta *C. B.*

Sederi-

Sideritis vulgaris *Ger.*
Satureia hortensis, seu durior.
Lingua Passerina, Tragi.
Bellis cærulea caule folioso *C.B.* i.e. Globularia Monspel.
Melilotus major candida *Trag.*
Chrysanthemum Bellidis folio.
Medica orbiculata *J. B.*
Solanum hortense fructu flavo. Melissa vulgaris.
Chondrilla viminea viscosa. Chamæsyce.
Stœbe argentea *Ger.* Ischæmon vulgare *Ger.*
Gramen digitatum hirsutum *J. B.*
Gramen paniculatum elegans *Ger.*
Buphthalmum vulgare *Ger.*

Alibi circa urbem.

Botrys copiosissimé.
Caucalis echinophora, spinis echinorum rubris.
Psyllium vulgare.
Cichorium verrucarium sive Zacyntha.
Jacea Oleæ folio, sive Xeranthemum *J. B.*
Gnaphalii duæ species.
Tragos Matthioli à mari tam procul.
Gramen parvum echinatum *J. B.*
Gramen amoris alterum, paniculis strigosioribus magísque sparsis.
Iris Florentina, in maris urbis copiosissimé.
A. Menthæ spicatæ species foliis longioribus hirsutis circa margines rariùs denticulatis prope fluvium Arnum supra urbem.

In collibus seu montibus vicinis.

Arbutus. Laurus vulgaris. Lotus arbor.
Cyclamen, autumnale Hederæ folio.
Philyrrea acuto serrato folio, an prima *Clus?*
Erica arborescens ramulis per intervalla ternis. *J. B.*
Thymbra S. Juliani.
Cistus mas quatuor folio oblongo albido *J. B.*
Lychnis minima rigida Cherleri *J. B.* Tenuem habet caulem, rotundum geniculatum, in plures ramos divisum,

ſum. Folia Caryophylli graminea, ad ſingula geni-
nicula bina: Ramulos alternos: Flores breviſſimis inſi-
dent pediculis: Calyx floris ſeu vaſculum ſeminale
longum ſtrictiſſimum: Semina longa nigra: Florem
non vidimus.

Pyracantha, in ſylvoſis juxta Arnum copioſé.
Ariſtolochia Saracenica *ibid.*
Colutea veſicaria.
Rhamnus primus *Cluſ.*
Aſter luteus folio Salicis.
Digitalis lutea flore minore.

Itinere à Florentia ad Romam.

Abſinthium Romanum in collibus argilloſis in agro Se-
nenſi, prout rectè obſervavit Cæſalpinus.
Abrotanum fœmina ſivè Chamæcypariſſus. juxta vias ab
oppido S. Cyriaci incipiendo ad territorium uſque
Eccleſiaſticum copioſé.
Cinara ſylveſtris ſpinoſior.
A. Colchicum. in pratis ubique.
Veronica ſpicata.
Aſter uteus Linariæ folio, Tripolii flore.

Inter Volſinios & Viterbum.

Meſpilus vulgaris. in ſepibus.
Cornus mas. Cerrus, quercûs ſpecies.
Satureia durior *J. B.*
Meliſſa hirſutior. Ad vias ubique.
Lepidium Æginetæ ſive Plumbago. Circa Volſinios &
Romam vulgatiſſimum.
Conyza minor vera.
Viſnaga, Gingidium Anguillaræ. in agris Etruriæ copi-
oſiſſimé.
Acarna flo. purpuro-rubente patulo *C. B.* inter S. Cyriaci
oppidum & Radicofani.

Helleborus niger hortenſis flo. viridi : in vepretis montoſis paſſim.

Cyclamen autumnale hederæ folio, in ſylvis montoſis ubique.

In ſylvis montoſis propè Viterbum.

Thlaſpi umbellatum Creticum dictum.
Orobus ſylvaticus Viciæ foliis *C. B.*
Carduus ſphærocephalus latifolius vulgaris *C. B.*
Lyſimachia galericulata Lamii facie, Scutellaria.
Viola matronalis. Heſperis Italica dicta.
Caſia poetarum *Lob.* Meſpilus vulgaris.
Sorbus Sativa.
Linaria major purpurea nobis Hungarica dici ſolita.
Blattaria lutea.
Calamintha montana præſtantior *Lob.*
Cytiſus Hiſpanicus primus Cluſii folio vireſcente *J. B.*
Cerrus minore glande.
Acer majus foliis rotundioribus & minùs laciniatis.
Polygonum vel Linifolia per terram ſparſa flore Scorpioides *J. B.* in paſcuis ſterilioribus & ad agrorum margines.
Plumbago Plinii. Secus vias prope Romam copioſé.

Supra Romam in clivis ſylvoſis propè Tybridis ripas.

Arbor Judæ copioſé. Staphylodendron.
Lentiſcus. Ilex arborea *J. B.*
Paliurus in ſepibus abundé.
Lotus arbor. Laurus vulgaris *C. B.*
Laurus Tinus cæruleâ baccâ *Lob.*
Alkekengi. in foſſis circa urbem.
Cyclamen autumnale. in ſylvoſis collibus nullibi non.
Smilax aſpera.
Aſparagus ſylv. petræus ſive Corruda. per totam Italiam vulgat.

Styrax

Styrax arbor. Circa Tuſculum in ſepibus copioſiſſime.
Ballæ marin. in litoribus maris Mediterranei paſſim.

Itinere à Roma ad Venetias uſque intempeſta hyeme ſuſcepto nihil notatu dignum invenimus, præter Aſterem quendam aut Conyzam jam tum florentem, flo. luteo Calthæ perſimilem.

Itinere à Venetiis ad Tridentum indéque ad Curiam Rhætorum, Tigurum & Genevam.

Leucoium bulboſum minus triphyllon *J. B.* inter Baſſanum & Pontem Sigiſmundi, ad latera montium & in umbroſis.

Leucoium bulboſum 1. Tab. toto hoc itinere in Alpium convallibus frequentiſſimum.

Pulmonaria maculoſa. inter Bolzanum & *Maran.*

Erica Coris folio floſculis purpureis cum ſtaminibus nigris. in rupibus Alpium: inter Baſſanum & Bolzanum, &c. ubique, florens Martii 17.

Mezereon Germanicum prope Solurn pagum. 15. m. p. Tridento diſtantem verſus Bolzanum: in rupibus jam tum florens.

Sedum ſerratum. in rupibus paſſim.

Fumaria bulboſa radice cava, in Alpium convallibus ad ſepes ubique.

Pentaphyllum parvum hirſutum *J. B.* Floret Martio in ſaxoſis & rupibus.

Sanicula Alpina guttata, in Alpibus Helveticis frequens occurrit.

Sedum Alpinum gramineo folio lacteo flore *C. B.* Denſo ceſpite terram operit. Folia habet graminea, anguſta, acuta, glauca, non piloſa, caryophyllorum quorundam foliis ſimilia ſed breviora; caules breves Androsace lactea L.

ſunt vix duos digitos tranſverſos alti, rubentes villoſi, brevibus & rubentibus foliis veſtiti. Flores albi è quinque foliolis rotundiuſculis tenellis compoſiti, cum ſtaminibus in medio luteis.

Buxus, juxta lacum Lemanum copioſiſſimé.

Circa Genevam ubi aliquandiu ſubſtitimus.

Colutea ſcorpioides. in clivis ſylvoſis ad Rhodanum fl.

A. Meliſſophyllon Fuchſii flore albo & flo. vario ibidem & in colle *La Baſtie* dicto.

Thlaſpi oleraceum *Tab.* ibid. in vineis. B. p. foliis Perfoliatæ *J. B.*

Campanula perſicifolia *Ger.* ibid.

A. Hieracium ſeu Pulmonaria Gallorum folio maculoſo.

Chamædrys foliis laciniatis, *Lob.* Botrys verticillata *J. B.*

A. Herba Gerardi ſive Podagraria.

Mezereon Germanicum.

Pulmonaria maculoſa. Pulm. Italorum ad Bugloſſum accedens *J. B.*

A. Chriſtophoriana. A. Eryngium campeſtre.

A. Herba Paris: Solanum tetraphyllon.

A. Sigillum Solomonis. Polygonatum vulgare.

A. Lilium convallium. A. Chamæpitys.

Uva urſi & Radix Idæa putata *J. B.*

A. Aria Theophraſti. Alni effigie lanato folio major *C. B.*

Rapunculus ſpicatus ſive comoſus albus *J. B.* Omnes in colle *La Baſtie.*

A. Rhamnus 2. *Cluſ.* in arenoſis ad flu. Rhodanum, &c.

Thlaſpi minus quibuſdam, aliis Alyſſon minus *J. B.* in glareoſis propè urbem frequens.

Conſolida media Genevenſis *J. B.* Ad vias & margines agrorum. Hæc mihi non videtur differre à Conſolida media cærulea Alpina *C. B.*

Sinapi Genevenſe ſylveſtre *J. B.*

Pentaphyllum parvum hirſutum *J. B.*

Saponaria minor quibuſdam *J. B.* Ocymoides repens polygonifolium *Ad. Lob.* in colle *La Baſtie.*

Tanace-

Tanacetum album *J.B.*inodorum *Cluſ.*ib.& ad Rhodanum.

Typha minor *J. B.* in Saliceto ad ripas flu. Arve, non longe à ponte, & alibi ad eundem fluvium.

Lilium flo. nutante ferrugineo majus & minus *J. B.* in colle *La Baſtie.* Unifolium *ibid.*

Galega nemorenſis verna *J. B.* i. e. Orobus Pannonicus 1. *Cluſ.* ibid.

A. Alnus nigra baccifera *ibid.*

Hepatica nobilis *ibid.*

Chamædrys falſa maxima, an Teucrium 1. ſive majus Pannonicum Cluſio *J. B.* ibidem.

Gramen locuſtis rubris *J. B.* ibidem.

A. Ornithopodio affinis, vel potiùs Soleæ aut Ferro equino herba *J. B.* Ad agrorum margines frequens. Eadem hæc eſt quam in Cat. plantarum Cantabrigienſium Polygalon Cortuſi falsò nominavimus.

Trifolium purpureum majus folio & ſpica longiore. In *La Baſtie* & ad Rhodani ripas.

Trifolium pratenſe album à Fuchſio depictum ſive mas *J. B.* in pratis & ad ſemitas circa urbem.

Aſtragalus major Fuchſio *J. B.* in colle *La Baſtie* copioſé. Orobus Pannonicus 2. *Cluſ.*

Tithymalus cypariſſias *J. B.* in agris ad aggeres ubique & in glareoſis circa propugnacula.

A. Tithymalus platyphyllos Fuchſii *J. B.* In aggeribus ſepium prope S. Gervaſium trans Rhodanum.

Tithymalus non acris flo. rubro *J. B.* in *La Baſtie* monte.

Pſyllium majus ſupinum, *J. B.* in arenoſis propè fluvium Arve copioſé. Perenne eſt hoc Pſyllium. N. B.

Horminum luteum glutinoſum *C. B.* Galeopſis ſpecies lutea viſcida odorata nemorenſis *J. B.* i. e. Colus Jovis: in colle *La Baſtie.*

Lyſimachia ſiliquoſa ſpecioſa anguſtifolia *J. B.* i. e. Chamænerion Geſneri, in arenoſis ad fl. Arvam.

Scrophularia Ruta canina dicta *C. B.* ibid copioſé.

A. Chamædrys vulgaris.

A. Artemiſia tenuifolia ſive leptophyllos, aliis Abrotanum ſylv. *J. B.*

Phyteuma Monſpelienſium *J. B.*

Periclymenum rectum fructu rubro & nigro *J. B.* in ſepibus paſſim. Quod fructu eſt nigro hic non habetur.

Betonica coronaria ſive Caryophyllus ſylv. vulgatiſſimus *J. B.* in pratis.

Trifolium albo-incarnatum ſpicatum ſive Lagopus maximus *J. B.* Propè urbis propugnacula verſus Rhodanum.

Gallitrichum ſylv. vulgò, ſive Sclaræa flo. cæruleo purpureóve magno *J. B.*

Orchis galeâ & alis ferè cinereis *J. B.* Deſcriptionem vide in Hiſt. noſt.

A. Orchis myodes. eadem quæ habetur in Anglia in ſylvoſis aggeribus non procul à Rhodani ripis ex adverſo *La Baſtie*, & alibi copioſé.

A. Orchis fuciflora galea & alis herbidis. ibid.

A. Orchis anthropomorphos flo. ferrugineo. Hujus deſcriptionem vide in Hiſt. noſt.

Alſine muſcoſa quibuſdam *J. B.* V. deſcript.

Ageratum purpureum Dalechampii *J. B.* in petris ad radices montis *Saleve.*

A. Criſta galli utraque mas & fæmina *J. B.* In pratis juxta fluv. *Arve.* Diſtinctionis notæ omnes habentur in J. Bauh. hiſt.

In Monte Saleve propè Genevam.

Sanicula Alpina guttata *J. B.* in ſummitate montis propè fontes.

A. Saxifraga aurea ibid.

A. Gnaphalium montanum album & purpureum, in paſcuis in cacumine montis copioſé.

Gentiana vulgaris major Hellebori albi folio *J.B.* ibidem copioſiſſime.

Valeriana Alpina folio integro. an Alp. prima *C. B?*

Gentianula quæ Hippion *J. B.* In paſcuis in ſummitate montis ubique.

Cacalia quibuſdam *J. B.* in ſylvoſis in ſummitate montis abundé.

Polygonatum anguſtifolium. ibid.

Polygo-

Polygonatum latifolium minus flore majore *J. B.* in saxosis ad latera montis.

Hesperis Alpina sive muralis minor repens *J. B.* Juxta fontes propè montis cacumina.

A. Ribes Alpinus dulcis *J. B.* in sylvosis prope summum fastigium. Laburnum sive Anagyris, in ascensu.

Polygalon Cortusi *J. B.* variis in locis tum in ascensu tum in summitate montis. Folia in hoc non raro quinq; interdum sex pinnularum conjugationibus constant.

Chamæcerasus Gesneri vel Chamæpericlymenum quoddam Alpinum *J. B.* i. e. Xylosteum Allobrogicum. in sylvosis ad latera montis.

Doronicum vulgare *J. B.* D. radice Scorpii *C. B.* at radix nihil habit scorpio simile.

Coralloides altera sive septifolia *J. B.* in sylvosis.

Ulmaria major. ib. Barba capri *J. B.*

A. Lilium convallium.

Digitalis lutea flore minore.

A. Christophoriana. Aconitum racemosum Actæa quibusdam *J. B.*

Lilium flo. nutante ferrugineo majus *J. B.*

A. Polygonatum vulgare. A. Phyllitis.

A. Barbarea mularis *J. B.* A. Aria Theophrasti.

A. Polemonium petræum *Gesn.*

A. Melissophyllon *Fuch.*

Colutea Scorpioides. Thlaspi oleraceum *Tab.*

A. Pimpinella saxifraga major. Eadem hæc est cum illa quæ in nonnullis Angliæ sylvis copiosè crescit.

A. Fraxinus bubula i. e. Sorbus aucuparia *J. B.*

A. Alchimilla vulgaris. in pascuis in suprema montis parte copiosé.

A. Aquilegia vulgaris. A. Asperula odorata.

A. Agrifolium. A. Viola tricolor.

A. Pyrola vulgaris. Hæas, quamvis in Anglia crescunt & spontaneæ sint, ideò memini, ut inde elucescat veritas dicti illius Lobeliani quod in Catalogo plantarum Cantabrigiensium, citavimus, nimirum. Quæ in jugis montium calidarum regionum proveniunt eadem in opacis, sylvis, sylvosis & dumetis regionum Septentrionalium plerunque exeunt.

Pyrola folio ſerrato *J. B.* fol. mucronato ſerrato *C. B.* cum priore.

A. Filix ramoſa minor *J. B.* Hæc eſt Dryopteris Tragi.

Libanotis Theophraſti *J. B.* in aſcenſu montis inter ſaxa.

Siler montanum.

A. Carum. in pratis, etiam propè urbem copioſè.

Lactuca ſylvatica purpurea *J. B.* in ſylvoſis.

Cyclamen.

Filix ſaxatilis non ramoſa minima. in ſaxorum & rupium fiſſuris.

Betonica coronaria ſive Caryophyllus gramineus puſillus *J. B.*

Aconitum lycoctonum luteum *C. B.*

Vicia maxima dumetorum *J. B.*

Phyllon thelygonon Dalechampio *J. B.*

Heſperis Alpina minor, flo. albo, ſiliquis longis. Radix ei ſimplex fibroſa alba. Folia juxta terram plura Bellidis majoris aut Hyoſeridis maſculæ nonnihil ſimilia ſed breviora, per oras rarioribus inciſuris dentata, extremitatibus ſubrotundis, atrovirentia, rarioribus pilis & brevioribus, iiſdem tamen rigidioribus, aſpera, eodem ferè modo quo Bugloſſæ luteæ. E foliorum medio emergunt caules rotundi, rubentes rarioribus pilis donati foliis vacui præterquam ad florum pediculos. Flores in ſummitate caulium quinque vel ſex, vel etiam plures paucioreſve, albi, quadrifolii è calyce longiuſculo quadrifolio exeunt. Sequuntur ſiliquæ duos vel tres digitos longæ compreſſæ. In ſummitate montis ſub initium Maii florere incepit. Notandum autem eſt, quòd circa medium caulis emergit pediculus ſeu ramulus ſuſtinens flores duos aut tres. Accedit nonnihil ad Heſperin Alpinam *J. B.*

Colus Jovis. A. Peucedani facie puſilla planta *Lob.*

Sedum ſerratum. A. Vaccinia nigra.

Epimelis. Cotoneaſter Geſneri *J. B.*

Dioſpyros *J. B.* in ſylvoſis ad latera montis.

Gramini Luzulæ affine flo. albo *J.B.* ibid.

Roſa rubello flore parvo ſimplici non ſpinoſa *J. B.* ibid.

Radix Idæa putata & Uva urſi *J. B.* in ſuprema parte montis.

Rubus Alpinus humilis *J. B.* Flores albi ſunt exigui, quinquefolii, foliolis non expanſis ſed erectis, & numeroſa ſtamina obvallantibus.

Phalangium pulchrius non ramoſum *J. B.* propè dirutam arcem.

Gramen montanum cyperoide perexiguum ſeminibus bullatis.

A. Gramen ſeminibus aſperis pulicibus ſimilibus. in pratis vicinis Salevæ. **Flea-graſs.**

A. Orchis bifolia alba calcare oblongo, *C. B.*

A. Caucalis tenuifolia floſculis albis. in arvis.

Rubia cærulea erectior elatiórve *J. B.* inter ſegetes prope dirutam arcem.

Thymelæa incana Genevenſis. Ad pedalem & ſeſquipedalem altitudinem aſſurgit hic frutex, in plures ramos diviſus. Cortex ei cinereus: lignum ſupra modum fragile: Folia Mezerei Germanici, minora tamen, acuminata, glauca, utrinque hirſuta. Flores in ſummitatibus ramulorum conferti quatuor vel quinque, vel etiam plures ſimul, pediculis nullis, nullo calice. Flos ipſe è tubo longiuſculo in 4 foliola albida acuminata expanditur, intus continens ſtaminula crocea. Flori ſuccedit bacca, quam maturam non vidi. Ex ipſis ſaxorum rimis emergit, floretque Maii menſis initio.

Thlaſpi Alpinum minus capitulo rotundo *C. B.* Radix huic ſatis craſſa pro plantulæ modulo. Folia exigua, intenſè viridia, pediculis longis, ſuperiùs hiſpida, aſperáve ut Paronychiæ vulgaris aut Alſines myoſotis magno flore, (cujus etiam foliis ſimilia ſunt, ſed minora) neque crenata, neque laciniata ut plurimum. Caulis palmaris interdum & altior, rotundus, viridis, foliis crebris ornatus, alternatim poſitis & non binis ex adverſo, baſi ſua caulem ferè amplectentibus, ut in Acetoſa vulgari. Suprema pars caulis in aliquot ramulos ſpargitur, quibus inſident flores denſi velut in umbella, albi, quadrifolii, pro plantulæ ratione grandiores, cum ſtaminulis in medio luteis. Primo aſpectu

Myagrum saxatile L.

Aſper-

Aſpergulæ floſculos credidi. Succedunt vaſcula ſeminalia rotunda: Maii 17. S. V. florentem inveni in Monte *Saleve*.

Naſturtiolum Alpinum folio alato. An Naſturtiolum Alpinum tenuiſſimè diviſum *J. B*? Deſcriptionem v. in *Hiſt. noſt.* p. 826.

A. Hypericum elegantiſſimum non ramoſum folio lato *J. B.*

Melampyrum multis ſive Triticum vaccinium *J. B.* inter ſegetes variis in locis propè urbem.

Orchis magna latis foliis, galea fuſca vel nigricante *J. B.* Ad latus ſylvoſi cujuſdam collis monti Salevæ vicini.

A. Allium urſinum. ibid.

A. Satyrion abortivum ſive Nidus avis *ibid.* & alibi etiam ad ſepes & in dumetis circa Genevam.

A. Helianthemum Alpinum folio Piloſellæ minoris Fuchſii *J. B.* Ad radices montis.

Helleborine ex albido ſublutea *J. B.* In ſylvis quibuſdam juxta montem.

Thlaſpi umbellatum arvenſe amarum *J. B.* in arvis montoſis.

Aſtragalus Monſpeliano candidior & Onobrychis quibuſdam *J. B.* In ſaxoſis ad pedem montis & in ipſius vertice copioſé.

A. Helleborine flo. albo *J. B.* in ſylvoſis propè montis faſtigium.

Aſtrantia nigra. in pratis montoſis.

Cicutaria latifolia hirſuta *J. B.* Ad rivulos, in iiſdem montoſis pratis.

Pentaphylloides erectum *J. B.* in monte *Saleve* propè arcem jam dirutam.

A. Chamænerium vulgare: in montis ſummitate.

Dentaria pentaphyllos. *ibid.*

Alibi in pratis, arvis, paſcuis, collibus & dumetis.

Lotus ſiliquoſa lutea Narbonenſis *J. B.* in pratis non longè à fluvio *Arve*, copioſé.

A. Cha-

A. Chamæmelum vulgare amarum *J. B.* inter segetes.

Chamæbalanus leguminosa sive Terræ glandes. In vineis & segetibus extra portam S. Gervasii, trans Rhodanum.

Lathyrus flo. coccineo. inter segetes propè urbem.

A. Melampyrum cristatum. ad ulteriorem Rhodani ripam paulò infra urbem.

A. Asphodelus bulbosus Dodon. sive Ornithogalum spicatum flore virenti *J. B.* inter segetes non longè ab urbe, versus *Saleve.*

Allium umbelliferum pratense *J. B.*

Rapistrum monospermon: in fossarum quarundam aggeribus.

Campanula rotundifolia minima *J. B.* in glareosis ad fl. *Arve.*

Medica major erectior floribus purpurascentibus *J. B.* variis in locis.

Rosa sylvestris rubella parvo frutice *J. B.* in collibus & dumetis circa Genevam copiosissimè.

A. Rubia erecta quadrifolia *J. B.* in dumetis trans Rhodanum copiosè.

Melilotus quinta Tragi *J. B.* Ad agrorum margines.

Gramen cum paniculâ molli rubente *J. B.* sive Gr. paniculâ gramineâ crispâ. inter segetes: crescit & in muris ipsius urbis.

Tamarix Germanica sive minor fruticosa *J. B.* in alveo flumine Arvæ.

Hyacinthus maximus botryoides comâ cæruleâ *J. B.* inter segetes passim.

A. Rapunculus vulgaris campanulatus *J. B.* Ad agrorum margines & in collibus. Maii mensis medio florere incipit.

A. Thlaspi angustifolium Fuchsii, Nasturtium sylv. *J. B.* Juxta S. Gervasium etiam in muris urbis.

Sedum parvum folio circinato flo. albo *J. B.* in muris ibid.

Tragorchis minor flore fuliginoso *J. B.* Descriptionem vide in *Hist. nost.*

In

In montis Juræ ascensu ad verticem altissimum Thuiri *dictum & in ipso vertice.*

Tussilago Alpina minor folio rotundo *J. B.* in summitate.
Helleborus albus vulgaris: in suprema montis parte per totum ipsius tractum copiosissimé.
Soldanella Alpina quibusdam *J. B.* ibid.
Scabiosa Alpina foliis Centaurii majoris *C. B.* in ascensu paulò infra verticem.
Ranunculus albus simplici flore *J. B.* in sylvosis propè suprema montis juga.
Ranunculus montanus albus hirsutus *J. B.* ibid.
Thalictrum majus, folliculis angulosis, caule lævi *J. B.* ibid.
A. Oxalis folio rotundiore repens *J. B.* ibid.
Oxalis maxima sylvatica *J. B.* ibid.
Lonchitis altera cum folio denticulato, sive Lonchitis altera Matthioli *J. B.* in rupibus, in summo montis jugo.
Sedum seu Sempervivum majus. ibid.
A. Sedum tridactylites Alpinum. ibid.
Chamædrys Alpina flo. Fragariæ albo *J. B.* in iisdem locis.
An Auricula muris pulchro flore, folio, tenuissimo *J. B*? Flos hujus minor esse videtur quàm Bauhinianæ. Quin & foliola in extremo acutiora sunt, & non fissa sed integra. Apiculi insuper in floris meditullio capitulis pallidè purpureis coronantur, quod ille non meminit. Accedit hæc plantula ad nostram Saxifragam palustrem Anglicam.
Antithora flore luteo Aconiti *J. B.*
Linaria purpurea parva *J. B.* in ascensu montis non longè à vertice. perelegans plantula.
Dentaria quinquefolia *J. B.* in sylvosis ad latera montis.
Coralloides altera sive septifolia *J. B.* Cum priore.
Cacalia quibusdam *J. B.* ibid.
Plantago angustifolia Alpina *J. B.* in suprema parte.

Penta-

Pentaphyllum ſive potius Heptaphyllum argenteum flo. muſcoſo *J. B.* in aſcenſu copioſé.
Phyllon thelygonon Dalechampii *J. B.*
Sigillum Solomonis anguſtifolium.
Echium Alpinum luteum *C. B.* i. e. Alopecuros Alpinus quibuſdam, Echium montanum Dalechampii *J. B.*
Libanotis Theophraſti *J. B.* Lib. latifolia altera ſive vulgatior *C. B.* Sanicula Alpina guttata.
Helianthemum Alpinum folio Piloſellæ minoris Fuchſii *J. B.*
A. Bulbocodium vulgatius *J. B.* in ipſo montis cacumine jam florens fine Maii.
Crocus vernus latifolius flo. purpureo minore *J. B.* ibid. & quidem tunc in flore.
Helleborus niger Saniculæ folio major *C. B.*
A. Carum.
Helianthemum tenuifolium glabrum flo. luteo. *J. B.* Ad radices montis.
A. Rapunculus flore globoſo cæruleo *J. B.* ibidem, & in paſcuis. A. Pes cati.
A. Ribes Alpinus dulcis *J. B.*
Lactuca ſylvatica purpurea *J. B.* in ſylvis prope juga montis.
Valeriana Alpina. *v.* in monte Salevæ.
Cyanus major. in aſcenſu verſus ſupremam partem.
Polygonatum latifolium majus flore minore *J. B.*
Digitalis lutea magno flore *C. B.*
Thora folio Cyclamini *J. B.* in ſummitate montis copioſé. Dioſpyros *J. B.*
Veronica ſaxatilis parva cauliculis nudis; Teucrium minimum *Cluſ. hiſt.* Deſcriptionem *v.* Hiſt. noſt. p. 846.
Nerium Alpinum quibuſdam aliis Ledum glabrum *J. B.* in altiſſimis jugis ſaxoſis.
Chamæmeſpilus *J. B.* ibid.
Acini pulchra ſpecies *J. B.* in aſcenſu montis copioſé.
Veronica ſaxatilis *J. B.* Quam invenimus eatenus differre videtur à Bauhiniana, quòd flores dilutè purpurei ſint, ſaturatioribus lineis purpureis intùs ſtriati.

Chamæ-

Chamædryi vulgari falsæ aliquatenus affinis, & Clinopodium Alpinum Ponæ *J. B.* in altissimis montis rupibus.
Gentiana Alpina magno flore *J. B.* in summis jugis.
Bistorta minima *J. B.* Bist. Alpina media *C. B.* Specificè differre videtur à Bist. nostra Anglicana minore, quæ omnibus partibus minor est.
Siler montanum, in rupibus copiosissimé.
A. Orchis palmata flore viridi *C. B.* in montosis pascuis.
Orchis rotunda Dalechampii *J. B.* *Bulbi* hujus speciei exigui sunt, oblongi. *Folia* longa, angusta, carnosa, subglauca, tres vel quatuor in caule, ad radicem nulla. *Spica* florum brevis densa congesta. Labella flosculorum saturatioribus punctis purpureis notantur.
A. Lunaria botrytis *J. B.* in pascuis montosis copiosissimé.
A. Ranunculus flore globoso quibusdam Trollius flos *J. B.*
Pilosella sive Pulmonaria lutea angustiore folio *J. B.* in rupium fissuris in suprema montis parte.
Nasturtiolum Alpinum tenuissimè divisum *J. B.* Hoc specie differre videtur à Nasturtiolo nostro superiùs descripto.
After purpureus montanus *J. B.*
Viola Martia lutea *J. B.* in summitatibus montis.
Sideritis Valerandi Dourez brevi spicâ *J. B.* Sideritis montana *Lob.* in ascensu, non longe à fastigio.
Geranium phæo sive pullo flore Clusii *J. B.* Color floris in hac dilutior esse videtur quàm Geranii phæi flore reflexo *J. B.* & purpureus potiùs quàm fuscus. Foliorum autem in floribus oræ laciniatæ non sunt sed potiùs crispæ aut sinuosæ. Tota insuper planta hirsutior apparet, ut ostendit etiam figura Clusii. Utcunque tamen accidentaliter potiùs ratione loci quàm specifice differre videtur. In sylvosis summis jugis.
Daucus Creticus semine hirsuto *J. B.*
Apium montanum nigrum *J. B.* Ad montis radices, invenimus & alibi pluribus Germaniæ in locis.

